

Johann Pasch Matth. Vanselovius

## Atrium Philosophiae

Rostochii: Weplingius, 1690

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732453941>

Druck Freier  Zugang



R. u. phil. 1690  
Parschütz, Johann  
Vanselow, Matthaeus



Q. D. B. V.

# ATRIUM PHILOSOPHIÆ,

QUOD

DEO Volente;

In Alma ROSTOCHIENSI

SUB PRÆSIDIO

DN. JOHANNIS  
PASCHII,

Prof. Publ. Ord. Pastoris Eccle-  
siæ Ribnicensis, ejusdemque & Vi-

cinarum Præpositi,

HOSPITIS AC PRÆCEPTORIS fidelissimi

Pro virili adornat

MATTHÆUS VANSELOVIUS,  
POMERANUS.

AD DIEM IV. JUNII A. R. S. M DCXC.

*asp. M. A.  
P. J. ord.*



ROSTOCHII, Typis JOHANNIS WEPPLINGII,

Univerf. Typogr. An. 1690.

VIR O  
SUMME REVERENDO,  
MAGNIFICO ET EXCEL-  
LENTISSIMO,  
DN.D. JOHANNI  
LASSENIO,

THEOLOGO PRIMA-  
RIO & PROFESSORI IN IN-  
CLYTA HAFNIENSI ACADEMIA CE-  
LEBERRIMO, REGII CONSISTORII  
ADSESSORI MERITISSIMO, AD  
D. PETRI GERMANORUM PA-  
STORI VIGILANTISSIMO ET  
CANONICO MAGDEBUR-  
GENSI LUNEBURGENSESIq;  
GRAVISSIMO,

*PATRI SUO BENIGNO AC PATRONO AD CINE-  
RES USQUE DEVENERANDO*

S. P. D.  
MATTHÆUS VANSELOVIUS.



Vid est, **MAGNIFICE  
VIR, PATER AC PA-  
TRONORUM OPTIME!**

quod infinitis beneficiis tuis tandem  
reponam? quibus adeo me devinctum  
intelligo, ut nullas gratias, nullaq; be-  
neficia illis comparanda esse perspexerim. **TU** enim me  
Patre orbatum, omni humano presidio destitutum, om-  
nibusq; arumnis oppressum, ex profundissimo tenebra-  
rum fundo ad splendidissimam literarum lucem pro-  
traxisti, & paterno amore paternisq; beneficiis adeo  
benigne complexus es, ut summo jure illud de **TE**  
laudare **TIBIQUE** precari possim, quod **D.** Pau-  
lus olim de Onesiphoro gloriatus ipsique precatus ii.  
**Tim. i. vs. 16. 17 18.** Siquidem **TUAM MA-  
GNIFICENTIAM** nullibi egestatis meae  
vincula puduit, sed me potius saepissime recreasti,  
tantaque mihi ab omni mundo derelicto subminis-  
trasti munera, quanta nec calamus exponere, nec lingua  
effari valet, neque tua singularis Modestia gene-  
rosusque Spiritus depradicari patitur, cui magis lau-  
danda facere, quam laudari semper cura cordique  
fuit. **TUA** igitur merita immensa considerans,  
summam verecundiam suffundor, probe gnarus mea-  
tenui-

tenuitatis, qua neque divitiis neque tantis virtuti-  
bus stipata, quibus ea vel demereri, vel satis lau-  
dare possem, vel animi saltem gratitudinem decla-  
rare **TIBI**, cui post Deum, omnem vita felici-  
tatem debeo. Attamen succumbenti muneri meo  
succurrat ex alto Numen Supremum; infinitaque  
tua in me collata beneficia, non tantum vita longa-  
vitate, fortuna prosperitate, fameque immortalita-  
te coronet, verum etiam cum, **VENERANDE**  
**BENIGNEQUE PATER**, spectata senectu-  
te gravis, fatales annos expleveris, suscipiat Te Deus  
**T. OPT. Max.** inque cœtu Beatorum grates per-  
solvat immortales premiaque reddat perpetua. Mihi  
interea inoblita **S**imis medullis infixæ manebunt mu-  
nera tua, dumque Fata sub calo spirare concesserint,  
Spiritus tuis officiis addictus erit, **S** tunc me im-  
mortali beneficio affectum judicabo, cum ipsemet co-  
gnoveris, me haud extremum locum tenere inter illos,  
qui tuis laudibus nati sunt; quod ut aliquantulum  
sentias, offero hæc Primitias Philosophicas,  
quas **TIBI** devota manus, animusque millies de-  
vinctus sacras esse voluit, non ut Præmium benefici-  
orum, sed ut monumentum **S** pignus perpetuum eter-  
na observantia me a præstem. Accipe igitur fronte serena  
hoc tenue bonæ gratæque mentis argumentum, **S** Vale.  
Dabam Rostochii **A. R. S. MDCXC. d. XX. Maj.**



Ἐν τῷ τελομεγίστῳ καὶ παναρίστῳ πηλάμα!

# ATRII PHILOSOPHIÆ ICHNOGRAPHIA, Quæ Præceptorum vestigia exprimit.

Θέσις I.

**P**HILOSOPHI & PHILOSOPHIÆ vocabula vi etymī Græciæ, sed ex usu loqvendi Pythagoræ originem debent; inq; scholis retinentur, non quòd ita sint apta, sed quia suâ se modestiâ commendant.

Ἐκθεσις.

§. 1.



Ria sunt, quæ hoc theoremate continentur, quæque obscuræ brevitatis causâ lucem haut exiguam requirunt: *Primum*, quod ex fonte derivationis; *secundum*, ab occasione usurpationis; *tertium*, ab impositionis modestiâ altius petendum arbitramur, ut in PHILOSOPHI atque PHILOSOPHIÆ natales eò rectius atque penitus penetrare queamus.

§. 2. Quod PHILOSOPHI *derivationem Grammaticam* attinet, ex triviis notum, istam vocem *Latine* nil nisi literas debere, & faciem habitumque latinitatis forinsecus mentiri. Non enim habent, quo rotundum *Græcorum* os imitentur Latini, idcirco domesticis pennis peregrinam exornant aviculam. *Græci* autem rectius hoc, quicquid nominis est, acceptum referimus, quorum *Technicis* ΦίλοςΦος est nomen ratione *speciei* derivatum, ratione *figure* compositum.

§. 3. Prior compositionis pars Φίλος est, quæ à nonnullis

A

Lexico-

Lexicographis haut immeritò pro ipsâ primitivâ habetur; sed ab aliis ἀπό τῆ πίνευ, *bibere*, ab antiquo πῖω, quod à פו os; per alios à פלפ selegit; juxta alios à chald. פלפ *servavit* (a) fortassis cum lusu derivatur: Ut tamen *Philosopho* perpulchrè singula applicari posse videantur, quippe qui artes ingenuas non libare, nec ligurire, nec iisdem perfundi, sed imbui omnino debet. *Philosophus* quoque ἱκλεξιν suorum dogmatum instituit, verumque à falso, impium à pio discernit. Denique usum Philosophiæ in superioribus facultatibus eò dirigit, ut revelatis fidei articulis non dominari, sed famulari sustineat. Sic Φίλσ à bibendo, seligendo & inserviando aliquantulum deduci poterit. Vix autem Φίλσ in illo composito statu se verti patitur per *Fautorem*, qui Philosophis favet; nec per *Amatorem*, qui corporis ergò amat; sed per *Amicum*, qui sincerè & constanter aliquid ex animo diligit; *alium* enim Græcis est Ἀγαπητός, alius Εραστής, alius Φίλος.

(a) Ut deduxit Alstedius Encyclop. lib.V. Lex. Græci p. m. 199.

S. 4. Posterior compositionis pars est Σοφός, cui est quasi σοφία, *sana atq; perfecta mens*; vel à verbo σέβω, quod sapientes coli debeant; vel ab Ebr. חפץ *speculator*, vel à חפז *senex*, quia canis sapientia inest; vel à σαφής, *manifestus*, quia sapientia latere nescit, est enim clara atq; distincta notitia, qua rerum causæ cognoscuntur. Huc illud Aaronis URIM & THUMMIM, h. e. *claritas & perfectio* trahi posse nonnullis creditur. Significat autem Σοφός *Sapientem* vel illum, qui alicujus rei aut artis peritus est, multumq; in illâ versatus. Quandoq; etiam idem est, quod Φεινός *prudens*. Ut proinde σοφία aut *Sapientia* hinc denominata non tam *strictissime* accipienda sit pro habitu, qui versatur circa prima & generalissima principia ipsorumq; conclusiones; neq; *strictè* pro habitu ex notitia principiorum & conclusionum composito; neq; *generaliter* pro excellentiâ cujusq; artis vel scientiæ, quo sensu quemlibet vocamus sapientem, qui non vulgarem alicujus artis peritiam est consecutus; sed *generalissimè* pro omnium, vel certè plurium scientiarum cognitione, in quibus quispiam excellit.

S. 5. Ex duabus illis voculis decenti ordine combinatis emergit Φιλόσοφος, isq; vi compositionis dicit *amicum sapientem*, ex usu loquendi autem *Amicum sapientia*. Et, quod hinc descendit non *descensu logico*, sic enim abstractum est à concreto; sed *grammatico*, Φίλο-  
σοφία

σοφία vi vocum *amicam sapientia*, ex usu loquendi *Amorem sapientie* designat, quod & in aliis similiter congenitis vocibus uluvenit, v. g. φιλόλογος & φιλολογία; φιλέινδρωπος & φιλενδρωπία; φιλέξενος & φιλοξενία. Prætereà hic nominalis derivandi modus facillè in alium eumq; verbalem mutari potest, ut dicamus φιλοσοφίας descendere ἀπὸ vel ἐκ τοῦ φιλεῖν ἴην σοφίαν, quo pacto ex immediato vocum sensu φιλοσοφία est *amatio sapientie*, ut B. Christoph. Scheiblerus (a) loqui amat; vel *amor & desiderium sapientie*, ut B. Val. Frommii (b) transtulit, quia naturâ ad cognitionis & scientiæ cupiditatem ducimur, inq; eâdem, iudice Cicerone (c), excellere pulchrum putamus.

(a) *In Proæmio Op. Log. p. 6.* (b) *in Ίσαγωγ. Phil. lib. 1. f. 1. §. 2.* (c) *T. IV. Op. lib. 1. Off. de Prud. p. 466.*

§. 6. Quæ igitur hodie inter omnes PHILOSOPHIA vocatur, ea antiquissimis olim Sapientibus SOPHIA erat; & SOPHI omnes quondam audiebant, quotquot PHILOSOPHORUM titulo hæc hominum ætate condecoramus. Hinc perdocti etiam Viri statuunt *Sophorum* nomen à Græcis ad Arabes Persasq; ipsos transiisse, ac sapientissimo tantum ac religiosissimo apud Eos impositum, nemo enim nescit gentem *Sophorum* Persiæ adhuc imperantem & regiam. Induci tamen non possumus, ut credamus hanc *sophorum* atq; *sophiæ* appellationem ex Oriente in Græciam migrasse, utut Georgius Hornius (a) SUFFETUM appellationem, Carthaginensium Magistratui propriam, ex hoc *Sophorum* vocabulo deduxerit; *Suffetes* enim è Punica & Ebræa voce טַשַׁטַּא à *judicando* longè convenientius Rabbini atq; Philologi (b) derivant. Neq; Scholasticorum notatio vera atq; exacta, sed allusiva potius videtur, quibus Philosophus à φυλάττω, φύλαξ σοφίας dicitur, aliàs enim φυλάσσοφος & φυλασσοφία scribi deberet, quod ἀσύσθητον.

(a) *Hist. Philos. lib. 1. c. 1.* (b) *V. Bochartus lib. 1. Can. c. 24.*

§. 7. Primus verò PHILOSOPHI nominis autor Pythagoras Samius, Italiæ sectæ conditor, creditur (a). Is enim, postquam è peregrinatione diutina reversus in Italiam, doctrinas illas singulares, quas in peregrinationibus haulerat, publicè doceret, cumq; ad Sicyonios (b) Peloponnesi populum aliquando iter susciperet, à Tyranno, qui tùm ei præfuit, Leone quaesitus, qualem se hominem profiteretur; probè secum expendit, altum illud & invidendum *Sapientie* nomen soli DEO potius, quam

quàm hominibus convenire, ex singulari quâdam modestia ob sapientiæ  
 sublimitatem non Σοφός, sed Φίλοσοφος, h. e. Platone & Laertio  
 interpretibus, ἢ σοφίας Πητυμηής καὶ ἀσπυζόμενος appellari voluit.  
 Ubi nec illud prætereundem, quod Pythagoras noluerit vocari Magus, ut  
 Chaldæi, Persæ aliq; Orientaliores Philosophi; neq; ποιηής, ut occi-  
 dentales Philosophi; neq; Σοφός aut Σοφιστής, ut occidentales Græci;  
 sed Φίλοσοφος, & distinctionis & civilis prudentiæ causâ.

(a) Teste Diogene Laertio lib. i. de Vita Philosophorum, in præ-  
 fat. de inventione Philosoph. Conf. Cicero lib. V. Quest. Tusc.  
 Lactantius Divin. Institut. lib. iii. c. ii. p. m. 181. (b) Uti  
 Laertius in Proæmio operis testatur. Sed Cicero ex Pontico  
 Heraclide, Platonis Auditore, refert Pythagoram venisse Philo-  
 untem, cumq; Leonte, Principe Phliastorum doctè & copiosè  
 differuisse quædam Vid. l. c. p. m. 148. Edit. Gothofred.

§. 8. Sed verò utut plerumq; laudetur Pythagora modestia,  
 rectius tamen factum, si arti nomen σοφίας relictum fuisset. Neq; enim  
 heic spectandum, quid homines possint, aut non possint, sed ipsa rei na-  
 tura attendenda. Profectò si vires humani ingenii nomina dare debe-  
 ant rebus, jam nulla virtus aut doctrina futura est, cui nomen Φίλος  
 non sit præponendum; neq; amplius dicendum fuerit διγαίος ὄνη, sed  
 Φίλοδιγαίος ὄνη; nec Θεολογία, sed Φίλοθεολογία. Deinde omnes possumus  
 esse Philosophi, amatores sapientiæ, etiam rustici ac plebei homi-  
 nes, verùm non omnes possumus esse σοφοί h. e. sapientes, causarumq;  
 scrutatores (a). Tametsi verò hæc vox non sit usq; adè apta, non  
 tamen ideò rejicienda, cum notum sit tritum illud: *Vocabula instar nume-  
 morum usu valent.*

(a) Omnium maximè hanc nominis mutationem perstrinxit  
 Lactantius l. c. p. 180. Unde igitur magis probem Philosophiam  
 non esse sapientiam, quàm ex ipsius nominis significati-  
 one. Qui enim sapientia studet, utiq; nondū sapit, sed, ut sapere  
 possit, studet. Et paulò post pag. 181. Si ergo Philosophia sa-  
 pientiam quarit, nec ipsa sapientia est, quia necesse est aliud  
 esse, quod quarit, aliud, quod quaritur, &c.

Θέσις. II.

PHILOSOPHIÆ vocabulum sumitur (I.) Καταχρηστικῶς

(2) Μετα

(2) Μεχανικῶς (3) Γενικῶτάτως (4) Γενικῶς (5) Εἰδικῶτάτως,  
(6) Εἰδικῶς.

Ἐκθεσις.

§. 1. Hæc sanè distributio non est generis in species, nec totius in partes, nec univoci in sua univocata; sed æquivoci in sua æquivocata, analogi in analogata, aded enim laxè largeq; *Philosophia* notio nonnunquam accipitur, ut à genuino sensu usuq; vero longè recedat.

§. 2. Quando enim *Philosophia* accipitur καλαχρηστῶς, & abusivè, significat magicas artes, quas insana hominum superstitio præter ordinarias naturæ vires ope Satanæ producit & excolit; huc spectat *Philosophia* naturalis *Henrici Cornelij Agrippæ*; *Magia* naturalis *Wolff. Hildebrandi*; occulta *Philosophia* omnesq; *Aureoli Philippi Theophrasti Bombasti ab Hobenbeim Paracelsi* (a) reconditæ artes, qui de characteribus contra morbos (b) & mulcarum insultus (c), de sigillis XII signorum zodiaci (d) & Planetarum (e), de constellatione speculorum, in quibus præterita, futura, præsentia & absentia solo intuitu cognoscuntur (f), luculenter præcepta tradit, & efficaciam prorsus admirandam hujus artis cultori pollicetur. Hic ille est *Philosophus*, quî ex spirituum impressione, quam crepat, sortilegiorum principia, auguria, geomantiam, pyromantiam, hydromantiam &c. didicit (g). Hic ille est, cujus auctoritate *Philosophiæ* & *Magiæ* licitæ species sunt CHARACTERALIS, quæ medicinam characterib; facere docet; GAMACHEOS, quâ ratione corpus visibile redditur invisibile; ALTERA in ALTERAM, cujus beneficio in imagine suâ ipse homo, aut aliud animal, molestiam vel lætitiâ persentiscit; ARS CABBALISTICA, per quam ultra 100. miliaria & remotos maris tractus amicus cum altero verborum commercium exercet; TORTURA NOCTIS, quâ Spiritus ad ministeria quævis adiguntur (h). Sed apage suspectam illam stygiamq; PARACELSI *Philosophiam*, cujus origo rectè ad μυροδελχνην Diabolum refertur. Taceo deniq; PELAGII, Eremitæ cujusdam, fanaticam de divinis per somnum revelationibus PHILOSOPHIAM, cujus MSC. præcepta ac instituta satis diffusa nuper ad manus meas venerunt (i).

(a) Ipsâ nominum multitudine monstrum hominis, floruit circa Annum MDXXVI. Patriâ erat Helvetius, professione Medicus

dicus & Physicus Basileensis, quod passim ipse tradit Tom. 1. Oper. p. 991. & L. de Jctericis, quem in Academia Basfl. praelegit p. 444. (b) Tom. 2. Archidoxorum Mag. L. 1. pag. 544. seqq. (c) Ibid. L. 3. p. 558. (d) Ibid. L. 2. p. 553. seqq. (e) Ibid. L. 5. p. 570. seqq. (f) Ibid. L. 5. p. 564. seqq. (g) Tom. 2. de arte prasagá p. 196. seqq. Sin Astronomiá magná p. 366. seqq. (b) Conf. Tom. 2. in Philosophia sagace p. 362. seqq. (i) Qua tribus libris absoluta adhuc, quod scio, ávενδθη doctens occultas nocturnasq; visiones facili precum viá obtinendas cum prefixá ad Libanium Gallum, Trithemii Praeceptorem, Epistolá, quae ex Insula Majoricá A. C. 1408. d. 12. Julii data.

§. 3. PHILOSOPHIA μηχανικῶς & factivè accipitur Aristoteli (a), quando Phidiam nominat λιθουργὸν σοφὸν, sapientem lapidum Sculptorem, & Polycletem ἀνδραγαθιστὸν, sapientem statuarum fictorem. Pariter Homerus (b) fossiores ac aratores σοφῶς sive Philosophos dixit, quia scilicet in arte suá erant absolutissimi. Eodem modo Besaleli (c) tribuitur σύνεσις καὶ σοφία, ubi sapientiæ nomine nihil aliud, quàm artis ipsius virtus & excellentia indicatur. Sic & quidam apud Lucianum, ubi se fossurum significare vellet, se ligone & aratro philosophaturum ajebat (d).

(a) Lib. VI. Eebicorum Nic. c. 7. p. m. 207. (b) Cujus locum laudat Aristot. ex Margite, ejusq; verba sic se habent: Τὸν δὲ εἴ' ἀρσικαπῆρα σοφὸν θεῶν, ἔτ' ἀεσῆρα. οὐ' ἄλλως σοφὸν. (c) Exod. XXXI. 3. XXXVI. 1. 2. (d) Conf. Schlüserum in Anatom. Log. Lib. 1. c. 1. tb. 7.

§. 4. Γενικῶς & generalissimè accipitur PHILOSOPHIA, quæ disciplinas non modò instrumentales, sed scibile quodvis vulgare, docere & discere aptum, sub se complectitur. Unde Platoni & Stoicis (a) olim PHILOSOPHIA triplex: λογικῆ, quæ dicendi artes complectitur de sermone emendato, probabili & ornato; Φυσικῆ, quæ qualitates & rerum naturas explicat; ἠθικῆ, quæ præcepta de virtutibus, & œconomicá & politicá gubernatione tradit.

(a) Quibus instrumenta etiam partes Philosophiæ erant, reclamantibus Peripateticis, quorum utring; argumenta contulit Fab. Hippius Probl. Log. III. p. m. 7. seqq.

§. 5. Γεν

§. 5. Γενικῶς sumpta PHILOSOPHIA est complexus eum Theoreticæ, tum Practicæ Philoſophiæ, nam veræ Philoſophiæ est non tam *ſcire*, quàm *agere* recta. Quo reſpectu *Hippocrates*, Medicum *Philoſophum* quoq; eſſe vult, ſcilicet pudicum, verecundum, non avarum &c.

§. 6. Εἰδικῶς & ſpecialiſſimè uſurpatur pro illâ Philoſophiæ parte, quam *Metaphyſicam* (a); deinceps pro illâ, quam *Phyſicam* appellamus; quaſi iſthæc ſit Philoſophia & *ſapientia prima*, hæc *ſecunda* (b). Sic & ſpecialiſſimè pro ſola *Ethicâ* ſumitur *Platoni* (c), quando dicitur *Meditatio mortis*, qua mens à malis cupiditatibus abducta & vitiorum ſoluta vinculis cœleſtia & divina conſiderat; item pro *Politica*, quando *Rempubl.* tum beatam dicit (d), ſi aut *Philoſophicam* gubernent, aut qui gubernant, *philoſophentur*.

(a) *Qua* *Ariſtoteſi* *Lib. IV. Metaphyſ. C. 2. 3. ἡ τῆς Φιλοſοφίας ἐπιſύμμη*, abſolutè Philoſophia dicitur. Et *lib. VI. Metaphyſ. t. 3. Lib. 1. Phyſ. t. 82. Lib. 11. Phyſ. t. 26.* prima Philoſophia, quia nobiliſſima pars Philoſophiæ eſt *Metaphyſica*. (b) *Quid* de diſtinctione inter ſapientiam primam & ſecundam ſtatuentium, ſuſius declaravit *Dn. D. Velt hemius Inſtit. Metaphyſ. cap. pralim. §. 19. p. 13. ſeqq.* (c) in *Phadone* (d) *lib. 5. de Repl.*

§. 7. Εἰδικῶς & ſpecialiter pro ſpeculatrice Philoſophiâ, quam *Ariſtoteles* (a) diſtinxit in *Mathematicam*, *Naturalem* & *Theologiam* ſv. *Metaphyſicam*; quibus tamen alteram Philoſophiæ practicæ ſpeciem non omninò ſequeſtrare voluit (b).

(a) *Lib. VI Metaphyſ. t. 2. p. m. 81.* (b) frequens enim eſt, ut, quod pluribus competit uni principaliter, aliâ minùs principaliter, id ſeorſim poſitum ſignificet ſuum principalium. *Conf. Scheiblerus lib. de Philoſophia, ſect. 1. §. 3.*

§. 8. Accedit, quod PHILOSOPHIA vel *ſystematicè*, pro ut præceptis librisq; ſuis continetur; vel *habitualiter*, prout in ſuâ naturâ & perfectione conſideratur, ſpectari debeat. Illa auctoritate Philoſophi, hæc veritate & fundamento ſcientiæ nititur.

§. 9. Deniq; PHILOSOPHIA nunc ſumitur *abſtractè* & ratione eſſentiæ, nunc *concretè* & ratione exiſtentiæ (a). Iſthæc in ſe ſpectata res non niſi per naturam cognitâ ſcrutari & æſtimare valet; Hæc pro diſcrimine ſubjecti, cui ineſt, nunc *Vera*, nunc *Falfa* eſt. Illius adminiculo *ὁρροſομῆν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας* (b) poſſumus; Hæc *κινῆ*

κινῆ ἀπάτη est, à quā nobis cāverē jubet *D. Paulus* (c), quādo *Pseudo-Philosophi* limites suos egressi Theologiam cum Philosophia confundunt, & cœlestia dogmata ex seculari suā scientiā probare, declarare, confirmare, iisdemq; fidem tacere allaborant, quos *Hereticorum Patriarchas* rectē *Tertullianus* (d) vocavit. Sic &, quādo *Pseudo-Theologi* rete Apostolicum (e) dimittunt, & catenulis Dialecticis cœlestem veritatem implicant atq; adulterant, Philosophiā abutuntur.

(a) *Qua distinctione usus Dn. D. Velthemius pro B. Meisnero contra Dan. Zwickerum in Insit. Metaphys. Part. pr. C. 1. Ax. I. p. 157. seqq.* (b) *2. Tim. II. v. 15.* (c) *Coloss. II. v. 8.* (d) *Lib de Prescript. adv. Heret. Conf. Epiphanius Tom. 1. lib. 3. heres. 76.* (e) *ut loquitur Hieronymus in Disp. contr. Lucifer.*

Θέσις III.

**EX** dictis facillè iudicium ferri potest de honorariis PHILOSOPHIÆ titulis, queis priscis olim Philosophis definita fuit & dicta (1.) Studium sapientiæ, (2.) Donum & Inventum DEORUM, (3.) Ars artium & scientia scientiarum, (4.) Animi medicina, (5.) Meditatio mortis, (6.) Assimilatio Dei (7.) Lex vitæ. (8.) τὸ πᾶν.

Ἐκθεσις.

§. 1. *Platoni* (a) & *Ciceroni* (b) STUDIUM SAPIENTIÆ *Philosophia* dicta fuit. Ubi quilibet facillè advertit nomen *Philosophiæ* verti, rem non describi; amor enim cum studio sapientiæ coincidit. Deinde allata definitio *Philosophiæ* à notatione nominis desumpta angustior est re notatā, quādoquidē *Philosophiæ* tantum speculativæ, non etiam practicæ convenit; *Sapientia* enim est divinarum atq; humanarum causarumq; quibus hæ res continentur, scientia (c). Idē sentit *Fonseca* (d), quod *Philosophia* vi nominis non sit actus habitusve voluntatis, sed intellectus.

(a) *Lib. 5. de Repl.* (b) *Lib. II. Officior, pag. 497.* (c) *Cicero l. c. Conf. lib. IV. Tusc. Quest.* (d) *in Proæm. Metaphys. Aristotel.*

§. 2. PHILOSOPHIA *Platoni* (a) DONUM, *Ciceroni* (b) INVENTUM DEORUM, rectius DEI Israelis appellatur, qui Salomoni intellectum petenti ad regnum feliciter administrandum & populum prudenter gubernandum regnandi artem simulq; exquisitam omnium rerum naturalium cognitionem contulit (c). Donum est ex naturali illo

illo primæva justitiæ dono superflus, quod à Patre luminum (d) originem trahit. Inventum est Dei, in oppositione ad hominum inventa, quæ arte & studio multo comparantur, sed Philosophiæ semina primo momento animæ humanæ largâ manu divinitus implantata fuerunt. Est igitur Philosophia quidem in homine, sed non ab homine in esse suo primævo dependet.

(a) *Lib. 5. de Repl.* (b) *lib. 1. Tusc. quæst. p. 178. F.* (c) *1. Reg. III, 12.*  
(d) *Jac. 1, 17.*

§. 3. *Damascono* (a) Philosophia ARS ARTIUM & SCIENTIA SCIENTIARUM superbè fatis salutatur, quo ipso nobilissima Philosophiæ dignitas & præcellentia indicatur, quia genitivus pluralis in nominativum suum singularem reflexus importat excellentiam & nobilitatem (b). Neq; ego hoc decus ipsi simpliciter derogandum putaverim, quippe omnium mater artium (c) in nobilissimo objecto occupata, firmissimâ certitudine, nititur. Neq; contrarius est *Petrus Hispanus* (d), qui *Dialecticam* quoq; vocavit artem artium & scientiam scientiarum, hæc enim ratione usus & methodi nobilissima ars est, non ratione objecti, quod Philosophiam nobilitare videtur.

(a) *In Dial. c. III.* (b) *Uti Colonienses in Petrum Hispanum tract. 1. cop. Log. fol. 11. præcipiunt.* (c) *Hæc rursus Ciceronis laudatio est Tusc. quæst. lib. 1. p. 178. F.* (d) *Tract. 1. Copul. Log. Conf. Libavius lib. 1. Dial. Phil. Ram. fol. 23.*

§. 4. *Ciceroni* (a) porro Philosophia est ANIMI MEDICINA quia expellere atque sanare animi morbos (b) credebatur; duæ enim sunt animi nostri facultates: *Intellectus & Voluntas*; utraq; verò laborat, intellectus quidem ignoracione veri, voluntas fastidio boni. Contra hos morbos animæ parata est medicina in *Philosophia*, Intellectui quidem in *speculativa*, quæ illum perficit & à rubigine incitiæ liberat; Voluntati verò in *practicâ*, quæ eandem in agendo dirigit, ne honestatis limites transfiliat. Ut tamen probatissima & saluberrima animæ nostræ medicina in hemisphærio Christianorum maneat *verbum Dei* (c) & *sanguis Christi* (d), cujus dulcissimas vires atq; solatia *Cicero* nunquam sensit.

(a) *Lib. III. Tusc. quæst. de agritudine leniendâ, p. 209. B.* (b) *V. Pererius lib. 1. de Philos. c. 3.* (c) *Prov. XXX, 5. Rom. I, 19. 1. Petr. II, 2.* (d) *1. Joh. 1, 7. Job. XVII, 3.*

§. 5. *Platoni* (a), *Ciceroni* (b) & *Damascono* (c) PHILOSOPHIA

B

PHIA

PHIA quoque est MEDITATIO MORTIS, qua descriptione à fine de-  
 sumptâ Autores cum primis *prædicam Philosophiam* intendisse viden-  
 tur. Cùm verò *mors* triplex (d) sit: *Natura*, quâ omnes animæ fun-  
 ctiones cessant, propter compositi dissolutionem (e); *Culpa*, quâ æter-  
 num pereunt impii (f); *Gratia*, quæ secularium voluptatum interitum  
 affert, in quâ non natura, sed delicta moriuntur; non immeritò quæ-  
 ritur: *Cujus mortis meditatio sit Philosophia?* Sanè non *natura*,  
 quia sic non esset animi medicina; nec *culpa*, quæ spiritualis, quam  
 Philosophia nescit; ergò *mortis gratia*, quam *Damascenus electivam*  
 appellat, quâ mens humana voluptatum affectuumque illecebris libe-  
 rata ad divinarum sublimiumq; rerum considerationem, neglectis re-  
 bus, quas vulgus appetit, elevatur, præsentiq; vita relicta *electivè* mo-  
 ritur. Hinc *Mercurius Trismegistus* (g) hortatur eum, qui ad *Phi-*  
*losophiã* aspirat, ut corpus, quoad fieri possit, quasi vestem deponat,  
 exuatque hoc inscitæ indumentum, interitus vinculum, vivam mor-  
 tem, sentiens cadaver, ductile sepulchrum, domesticum furem, qui,  
 dum blanditur, odit; dum odit, mentem ad terrenam sæcem deprimit,  
 cœnoq; illigat, ne sapientiam cœlitus hauriat (h).

(a) *In Phædone*, (b) *lib. I. Tu/c quæst.* (c) *in Dial. c. III.* (d) *Ju-  
 xta Ambrosium in Comment. sup. Luc. lib. 5.* (e) *Conf. Sca-  
 liger Exercit. 307.* (f) *Ezech. XVIII, 4.* (g) *in Asclepio.*  
 (h) *Cave, ne Abnegationem sui Theologicam cum meditatio-  
 ne mortis Philosophica perperam confundas, illa enim gra-  
 tiæ, hæc naturæ opus.*

5. 6. Platoni (a) denique Philosophia ASSIMILATIO (b)  
 DEI audit. Ut enim DEUS T. O. M. non tantum res omnes cognoscit &  
 intuetur, sed & regit, dirigit atque providet; Ita quoque homo ad  
 DEI similitudinem per *universam Philosophiam* accedere dicitur, quando  
*intellectus* ab æruginè ignorantæ purgatus scientiam induit; *voluntas*,  
 expulsiis vitiis moralibus, virtute & decoris actionibus imbuitur. Cir-  
 cumspectè autem dixit Plato, *Philosophia est ἡ ὁμοίωσις τῷ θεῷ, κατὰ  
 τὸ δυνατόν ἀνθρώπων, quoad homini possibilis*; ut significet per Philo-  
 sophiam nos quidem DEO fieri posse *similes*, sed non *æquales*; simili-  
 tudo enim illa non est *æqualitatis*; cum Deus perfectione suâ res omnes  
 creatas in infinitum excedat, sed *proportionis*, secundum quam huma-  
 na Divinis, infima supremis conferre licitum est.

(a) *In*

(a) *In Theage* (b) *Affimilatio heie accipienda metaphorice pro illa imitatione umbratili, quâ DEI perfectiones aliquantulum imitari & sequi, non emulari & affequi studebant gentiles Philosophi.* Longè tamen alia & prorsus aliena est hæc Platonicæ *ἠμύωσις* (1) ab illa imagine DEI, ad quam conditi primi homines, (2) à Deiformitate attentatâ Luciferi, que illam cælo precipitavit, (3) à Deiformitate falsò persuasâ Evæ, cujus ergò imagine concreatâ & Paradisiaca voluptate miserè exuta fuit. (4.) ab imitatione Christi, qua commendatur *Math. X, 38. Marc. IIX, 34. Luc. IX, 23. Joh. XII, 25.*

§. 7. *Seneca* (a) *Philosophia LEX VIÆ* dicitur, non quod Legem DEI servare aut implere, hominemq; DEO acceptum reddere sufficiat doceatq; , sed quod *paganis Philosophis* externam duntaxat disciplinam conservaturis mores studiatq; vivendi honesta præscripserit, quâ quidem virtute dignitatem laudemq; mundi consecuti, præmiisq; à DEO temporariis hoc in mundo non *κατ' εὐδαιμόνιαν*, sed *ὀικονομίαν* ornati fuerunt (b). Bona tamen illa *Gentilium Lex vite* dicenda, non *ἡ ἡσέε* & per qualitatem agentis; sed *ἡ Φύσις*, sive quoad substantiam facti.

(a) *Epist. XIV p. 167.* (b) *Ut tamen non placeant Deo, nam impossibile est sine fide Deo placere posse*, *Ebr. XI, 6. Conf. B. Hutteri LL. Theol. Loco. XIV, q. 6. p. 164.*

§. 8. Deniq; animum subit memoria exclamantis *Apuleji* (a) atq; *Ciceronis* (b), qui *Philosophia* decora everturi plus justo rhetorici videntur: *O vita Philosophia dux, o virtutis indagatrix expultrix que vitiorum.* Quid non modò nos, sed omninò *vita hominum* sine te esse potuisset? Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societatem vite convocasti; Tu eos inter se primò domiciliis, deinde conjugis, tum literarum & vocum communiione junxisti. Tu inventrix legum, Tu magistra morum & disciplina fuisti. Ad Te confugimus, à Te opem petimus. Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus, totosq; tradimus. Est autem unus dies bene & ex præceptis tuis actus, peccanti immortalitati anteponendus. Cujus igitur potius opibus utamur, quàm tuis? que & vite tranquillitatem largita nobis es, & errorem mortis, sustulisti. Oratoria hæc definitio est, quæ fines *Philosophie* primo obtuitu transilire videtur, quanquam, si cum grano salis accipia-

tur, *Christiana Philosophia* paululum tribui potest, ita nimirum, ut  
*Theologia* maneat *Sol*, *Philosophia* *luna*.

(a) *Lib. de Philosoph. p. 41.* (b) *Tusc. Quæst. lib. V. p. 147.*

Θέσις. IV.

**P**HILOSOPHIA est habitus animi unus ac simplex, ho-  
minis intellectum cognitione veri naturalis, appetitum  
actione boni civilis ad rectè sciendum & benè vivendum  
instruens.

Ἐκθεσις.

§. 1. Pervoluto superius *Philosophie nomine*, ipsa rei considera-  
tio jam acceleranda venit. Cùm verò nemo sciendi cupidus, causarumq;  
peritus *Philosophie existentiam* in dubium vocaverit, illico ad definiti  
GENUS, quod ex prædicamento *Qualitatis* desumptum, progredimur.  
Quòd si ergò PHILOSOPHIA est *Qualitas*, erit vel *naturalis poten-*  
*tia*, vel *dispositio*, vel *habitus*; reliquas enim *Qualitatis* species huc mi-  
nùs quadrare, in aprico est.

§. 2. *Potentia naturalis* sola esse nequit, nemo enim Philoso-  
phus nascitur. Neq; *Dispositio* esse potest, hæc enim tantùm via est ad  
Habitum; Unde manifestum *Philosophiam* non nisi HABITUM esse,  
qui bonam solertemq; hominis indolem, assiduâ discendi sedulitate per  
jucunda naturæ vitæq; studia tandem excolit, adeoq; perficit, ut vel  
omnino non, vel difficulter exui queat.

§. 3. ANIMI autem non *corporis* habitus est, quia nemo inde  
*Athleta*, nec *Asceta*, nec *Agyrta*, sed *Philosophus* evadit; sin habitu cor-  
poris quoq; oris *mundiciæ* (a) *morum suavitatem & elegantiam* in-  
telligi velis, omninò illum morator *Philosophia* intendit, quæ *Philo-*  
*sophum* apprimè exornat gratumq; hominibus reddit, juxta *πλοῦτος ἁλ-*  
*λοῦς*; *Qui proficit in literis & deficit in moribus, plus deficit, quàm pro-*  
*ficat.* Neq; tamen *connatus*, neq; *infusus*, sed ACQUISITUS habitus  
est, crebris enim actionibus & exercitiis comparatus animum hominis  
perficit.

(a) Imò Apulejus *Apol. 1. p. m. 336. l. 2.* crimen haurit contemnen-  
dum *Philosopho* dicit, nihil in se sordium sinere, nihil uspi-  
am *corporis* aperitum, immundum pati ac seculentum; pra-  
serim os, cujus in propatulo & conspicuo usus homini creber-

rimus.

*vinis; sive ille cuiquam osculum ferat, seu cum quoquam sermocinetur, sive in auditorio dissertet, sive in templo preces alleget, omnem quippe actum sermo praeit, qui, ut ait Poeta praecipuus, e dentium muro proficiscitur, &c.*

§. 4. UNUS & SIMPLEX, non aggregatus habitus nobis esse videtur, omnes enim disciplinae arctissimam quaedam inter se cognitionem continentur, initio ibi cernitur summa consensus respectu veritatis, quia verum vero consonat; deinde ratione finis, quia omnes sibi hoc propositum habent, ut Dei gloria illustretur, ignorantia mentis removeatur, voluntatis libido & petulantia coercetur; denique, ratione mutui auxilii, quod sibi mutuas porrigant & auxiliatrices manus. Ut de subalternatione disciplinarum nihil dicam. Quibus (a) verò Philosophia habitus aggregatus & ens collectivum dicitur, sibi vix constare videntur, nam (1.) ens per aggregationem est non ens, (2.) idem in nullo praedicamento est, (3.) & si reduci debet, non ad Qualitatis, sed Quantitatis praedicamentum spectat; (4.) nec defini potest. Accedit, quod Philosophiam non habitualiter & in natura sua, sed artificialiter pro systematica regularum ac praceptorum compage accipiant, praecipua verò, etiam si accuratissime sunt conformata, minimè Philosophiam exhibent, sed habitus duntaxat Philosophici signa sunt. Ideoque Philosophia non magis est in libro, quàm Lutherus per effigiem suam in pariete (b).

(a) Quod voluit Julius Pacius in Prolegom. sup. Phys. Aristot. Cui suffragatur Alstedius Encyclop. lib. II. c. IV. Reg. IX. p. 67. (b) Conf. B. Valent. Frommii in Isag. Philosoph. lib. I. c. I. Axiom. I. p. 10.

§. 5. DIFFERENTIA adductae definitionis desumpta est (I) à subiecto, quod duplex est: aliud Quod s. denominationis, nempe Homo, totus enim homo denominatur Philosophus; aliud Quo, & hoc vel substantiale, quod etiam subiectum inhaesionis vocatur, ut Anima; vel accidentale est, quod subiectum informationis, ut intellectus ac uterque appetitus tum rationalis per essentiam, Voluntas nempe; tum rationalis per participationem, ut appetitus sensitivus. Perficit enim Philosophia intellectum intensivè in cognitione veri, & extensivè in actione boni. Intensivè verò intellectus perfici dicitur, quando in cognitione veri placidè acquiescit, eaq; delectatur. Extensivè perficitur, quatenus

in bonorum cognitione non ultimò subsistit, sed dirigit etiam cùm *appetitum rationalem* sc. Voluntatem, ut huic nulla actio placeat, nisi quæ bona & honesta; tum *sensitivum*, ne sc. ab hoc voluntas patiatur in diversa rapi. *Brevi*: *Extensivè* intellectus dicitur perfici, quatenus fit regula atq; norma, ad quam cœteræ facultates respicere debent, ut secundùm dictamen rectæ rationis operationes suas rectè exercent. (II) *ab Objecto*, quod duplex: *materiale* ac *formale*; Illud est *verum cognoscibile & bonum appetibile*. *Verum* dico, nam circa *Falsum* Philosophia non nisi indirectè ac per accidens occupata est, non secus ac visus circa tenebras. *Cognoscibile* verum puto, quod intellectui solius scientiæ causâ per naturam suam objicitur. *Bonum* dico, quod verè, non apparenter, in se, non huic vel illi bonum est; *Appetibile* bonum, quod in actum & operationem deducendum, non per nudam *complacensiam*, sed realem *efficaciam* voluntatem. Utrumq; *necessarium*, illud *adeo verum*, ut aliter se habere non possit; hoc *adeo bonum*, ut sit per se vel suapte naturâ honestum, & intrinsecâ moralitate justum. Cœterum restringitur hoc *objectum materiale* atq; commune per *formale* sv. proprium; nempe *verum per naturale*; & *bonum per civile*, ratione principii potissimùm cognoscendi, quod est lumen rectæ rationis. *Verum* enim *supernaturale*, & *bonum spirituale*, quæ talia, ad Philosophiam non pertinent. (III) à *Fine*, qui vel *universalis* est DEI Gloria, cui omnīs sapientia accepta ferenda; vel *particularis*, isque vel *Internus*, qui est philosophica tam intellectus, quàm appetitus perfectio; vel *Externus*, qui iterum vel *Absolutus*, ut Felicitas hominis, cùm Theoretica, tum Practica; vel *Respectivus*, quatenus refertur ad salutem vel *æternam*, THEOLOGIAM; vel *temporariam*, eamque aut *moralem*, JURISPRUDENTIAM; aut *naturalem*, ut MEDICINAM. Sic Finis ad USUM tendit.

S. 6. Illa nobis visa est optima aut optimæ proxima PHILOSOPHIÆ descriptio, quam ad præscriptum Logicum componere adque vivum refecare oportuit. Neque nunc nobis illa sumenda est licentia, quâ vel aliorum labori detractemus, mollioris brachii definitiones rejiciamus aut sub incudem vocemus, sed adduxisse illas sat erit. *Aristotelis* (a) definita fuit *ἐπιστήμη ἀληθείας* scientia veritatis. *Ciceroni* (b) omnium artium laudatarum fasciculus. *Simplicio* (c), celeberrimo illi *Aristotelis Interpreti*, *Philosophia est perfectio animæ humanæ*. *Me-*  
*lanck.*

*Iambliconi* (d) est artium dicendi, physiologiae & praeceptorum de moribus cognitio tanta, quantam humana mens in hac imbecillitate assequi potest. *Petro Martyri* (e) Philosophia est habitus mentibus humanis à Deo concessus, industriâ & exercitatione auctus, quo comprehenduntur omnia, quæ sunt, quæ nempe certâ & firmâ ratione comprehendendi possunt, ut ad felicitatem homo pervenire possit. *Fortunato Crellio*. (f.) Philosophia est habitus animi, qui scientiâ & prudentiâ constat. *Keckermanno* (g) est apta compages scientiarum & prudentiarum. *Alstedio* (h) est comprehensio liberalium disciplinarum inferiorum. *Job. Gerbardeo Vossio* (i) est cognitio rerum omnium per causas, quatenus eas homo naturæ lumine consequi potest. *B. Val. Frommio* (k) est notitia rerum naturali rationis lumine cognoscibilium, hominem perficiens, in contemplando & agendo, ad Dei gloriam. *Non-nemini* (l) de re literaria optimè merito est habitus, qui in contemplatione circa objectum necessarium, aut ut plurimum tale, in actione verò & effectione circa humanum & contingens aliquid versatur, tum humanæ perfectionis, tum felicitatis civilis causâ. Reliquas Auctorum definitiones sicco pede præterimus, ne easdem numerasse, non ponderasse arguamur; quicquid verò singulis subsit *falsi*, quod fugias; *dubii*, quod expositum habeas; *veri*, cui applaudas, pro re natâ conflictus dabit. Illud tamen non prorsus prætereundum statuerim, quòd olim *Platonici* æque ac *Stoici* aliter *Sapientiam* definierunt atque *Philosophiam* (m). *Plato* quidem vult *Sapientiam* esse perfectam Dei cognitionem cum puro ejus cultu & religione conjunctam. *Philosophiam* autem variè descripsit, ut suprâ vilum. Sic *Stoici* (n) definierunt *Sapientiam* esse divinarum & humanarum rerum scientiam; *Philosophiam* autem accommodatæ ad vitam mortis meditationem. At verò hoc pacto *Sapientiam* ad  $\gamma\upsilon\omega\sigma\iota\varsigma$ , *Philosophiam* ad  $\pi\rho\acute{\alpha}\xi\eta\varsigma$  tantum retulisse videntur, quod est terminis ludere aut abuti.

- (a) lib. II. *Metaphys.* c. 1. 2. 3. p. m. 23. (b) lib. I. de *Oratore* p. 647. (c) *Comment. in l. c. Aristot.* (d) *Dial.* lib. I. c. 1. P. 8. (e) in *Prolegom. sup. Ethicam Arist.* (f) in *Prolegom. sup. Acroam. Aristot.* (g) *System. Log. part. I. c. 11. p. 15.* (h) *Encyclop. Tom. 1, lib. II, c. IV. p. 67.* (i) lib. I. de *Philosoph.* c. 11. (k) *Isagog. Philos. lib. I. c. 1. præcepto 1.* (l) *Exercit. de Philos. Peripat. Orsu ac Constit. S. XX.* (m) *Conf. Ben. Pereriu de Comm. O. R. N. Princip*

## PHILOSOPHIA dividitur in THEORETICAM & PRACTICAM.

### Ἐκθεσις.

§. 1. Quibus PHILOSOPHIA ens aggregatum est, illi  
nec definire eam, nec dividere accuratè, sed describere ac partiri saltem  
per modum totius integralis καὶ ἀναλογίαν possunt. Quam tamen,  
ceu precariam aut peregrinam tractandi Philosophiam, methodum  
non immeritò rejicimus.

§. 2. Potius allatæ Divisionis fundamenta jacturi initio suffici-  
entiam ejus ex omnibus legitimarum distributionum requisitis deduci-  
mus; Philosophia enim rectè divisa fuit in membra proxima, adequatè  
tam quoad rem, quàm nomen opposita; cuius quovis eorum, quæ sub se  
complectitur, latior majorque est; itemque totam eorum, circa quæ  
occupatur, exhaurit latitudinem, ita ut membris divisus in casu recto  
communicari apta sit. Quæ sanè ad constructionem bonæ divisionis  
sufficiunt.

§. 3. Quod verò Philosophia in membra proxima, eaque  
immediatè distributa fuerit, inde patet, quia inter Philosophiam ejus-  
demque dividenda membra nil quicquam intercedit. Quod etiam adæ-  
quatè sint opposita, exinde probatur, quia differunt (1) Fine, finis  
enim Philosophiæ Theoretica est nuda contemplatio & mera veri cog-  
nitio; Practica est post cognitionem instituta honesti actio. (2) Sub-  
jecto, Theoretica enim Philosophiæ subjectum est intellectus θεωρητικός;  
Practica verò πρακτικός, & consequenter appetitus hominis. (3) Ob-  
jecto, Theoretica enim objectum sunt res necessariæ speculativæ; Pra-  
ctica sunt actus necessariò ac per se honesti aut turpes. Eludant licet  
Alii, aliterque distinguant ex Aristotele (a) RES in necessarias ac con-  
tingentes, illas que pro objecto Theoretica, has Practica venditent;  
obsoleta tamen hæc & pro modernâ Philosophia moralis ἀρεβία  
prorsus explosa objecti practici determinatio est. Homo enim licet  
liberè agat, non tamen contingenter, sed necessariò honestum sequi, tur-  
pe averfari tenetur. (4) Effectum, Theoreticum quidem evadit doctor,  
led

sed *Practicus* melior; *ille* verbis & artibus abundat; *hic* rebus gerendis aptior. Brevi: *Merus Theoreticus est merus Asinus.* (s.) *Tractandi modo*; quia *Theoretica* Philosophia ordine *Synthetico* à communissimis ad magis singularia, sed *Practica* à fine per subiectum ad media, ordine *Analytico*, procedere solet. Quam *Methodi* distinctionem

*ἐπιμεθοδείας* causâ in scholis, juventutis instituendæ ergò, jure retinemus, nec tamen Dn. D. *Zoidlerus* (b), Theologus nuper Regiomontanus, illam immeritò minùs accuratam dixit, quia in omni scientiâ à principio cognitionis & motionis descendendum ad principiata, quæ hominis intellectum & voluntatem paululùm elevat ac satiant.

(a) *Lib. III. Ethic. c. 7.* (b) *Tr. Anal. Post. p. 127.*

§. 4. Explicatam hæcenus PHILOSOPHIÆ divisionem haut obscure ipse sacer codex innuere (a) videtur, cum *Salomonæam Sapientiam* expressè in *Scientiam* & *Prudentiam* dispescit, *illius* enim opè de mundo, elementis, herbis, animalibus, solstitiorum mutationibus, & quicquid *Theoreticæ* cognitionis est, variè solideq; differuit; *hujus* beneficio 3000. sententias, quas ethicas, politicas & œconomicas fuisse magnâ ex parte testantur *Ejus proverbialia*, ad auditorum stuporem verè graviterq; pronuntiavit.

(a) *1. Reg. IV, v. 29. Sap. VII, v. 17.*

§. 5. *Effectivam* verò PHILOSOPHIAM, quia nec proximè, nec immediatè divisum dividit, nec dignitatem tantæ Scientiæ attingit, consultò missam fecimus; Nemo enim feliciter quicquam absq; præviâ *γνώσει καὶ θεωρίᾳ* efficit, plerumq; enim bonus *θεωρῶν* est bonus *ποιητικὸς*; igitur, mediante *θεωρίᾳ, ποιήσεως* Philosophiam demùm dividit. Accedit, quod *ποιήσεως* nil aliud, nisi perspicua *θεωρίας καὶ πράξεως* expressio sit, quâ tacitos animi conceptus oculis hominum clarè atq; distinctè subjicimus, nostramq; mentis ubertatem succinctè declaramus. Sic *scientias*, quas vocant, *Theoreticas* earumq; conclusiones syllogismis probamus, *ἐπιμεθοδείᾳ* proponimus, numero, pondere & mētura metimur, aliisq; naturæ artisq; operibus declaramus; sed *virtutes*, & quicquid decorum ac utile est, orationè vel *solutâ*, quod fit adminiculo *Rhetorica*; vel *ligatâ*, quod beneficio *Pœtica*, persuadere annitimur. Nemo autem hoc *Philosophia* tribuet, quod *Philosophi ἔργον* est; *Philosophia* enim propter se speculatur & operatur,

C

sed

sed *Philosophus*, ut ab Aliis capi possit, verbis rebusq; faciendis operam dare tenetur. Igitur *Philosophia* non per se, directe & ratione objecti proprii *Effectiva* est, sed per accidens, sc. indirecte & ratione subjecti, cui illa ad se aliosque informandos inhæret. Deniq; si dicendum, quod res est, *Effectiva*, quam volunt, *Philosophia* proprie non *Philosophia*, sed *Philologia* est, non enim innato rationis consensu, sed illatâ præceptorum auctoritate nititur. Quod salvo secus sentientium iudicio dictum existimari velim.

§. 6. Hæc nobis probata & visa fuit optima *Philosophiæ* per *διχονομίαν* distinctio, quam tamen *Alii* minus accuratè divellunt in sex partes: *Dialecticam*, *Rhetoricam*, *Moralem*, *Politicam*, *Physicam* & *Theologicam*; cum qua partitione *Stoicorum* ferè convenit, qui *Philosophiam* distribuebant in *λογικὴν* seu *Rationalem*, per quam intelligebant *Dialecticam* & *Rhetoricam*; *ἠθικὴν* *moralem*, per quam *Ethicam* & *Politicam* denotabant; & deniq; *φυσικὴν* *naturalem*, per quam *Physicam* & *Pneumaticam* designabant. Quamvis alii aliter *Stoicorum* divisionem exponant, quod per *Philosophiam Rationalem* intellexerint omnes *Disciplinas instrumentales*, etiam *Grammaticam*; per *Moralem* verò omnes *Philosophiæ Practicæ* partes; per *Naturalem* deniq; universam *Philosophiam Theoreticam*, imprimis *Metaphysicam*. Rationes hujus distinctionis adducit *Laërtius* (a): *Stoici*, inquit, *Philosophiam ANIMALI similem faciunt, ossibus quidem ac nervis differendi rationem, Moralem carni, animæ verò Physicam assimilantes: aut rursus OVO, cujus extima differendi rationem esse, quæ post hæc sunt Moralem, interiora naturalem; aut AGRO omnia ferenti, quo enim vallatus sit, sepimentum esse differendi rationem, fructum Moralem, terram s. arbores Physicam*. Sed divisiones hæc cum excedunt, tum deficient; illud, quia *disciplina instrumentales* incongruè immiscentur; hoc, dum *Matheſis* extra cancellos *Philosophiæ* collocatur. *Epicurei* duas *Philosophiæ* partes afferebant *φυσικὴν καὶ ἠθικὴν*, alii addunt tertiam *θεολογικὴν*, ubi ad *Physicam* *Theologica*, ad *Ethicam* *moralia*, ad *Canonicam* *Metaphysica*, *Logica* &c. revocabant principia. Sed & hanc *Philosophiæ* divisionem non adæquatam esse, quilibet facile advertit.

(a) *Lib. VII, de Vitâ Phil.*

**PHILOSOPHIA THEORETICA** est habitus, qui intellectum contemplatione veri naturalis ad consequendam felicitatem speculativam perficit.

Εἰς Θεωσίαν.

§. 1. Discussâ suprâ latis PHILOSOPHIÆ voce, vocabulum *θεωρητικός* modò aggrediendum, quod est *δοτὸς τῆς θεωρίας*, cuius thema *θεωρεῖν*, hinc *θεωρεῖς* à *θεάομαι* *specto*; vel ex *θεῶν* *spectatio* & *ἄρα cura*, quasi *θεωρεῖς* sit *curiosus spectator*. *θεωρία* verò vox est variis involuta ambiguitatibus, sumitur enim vel *generaliter*, & sic notat (1.) *Spectationem* (a) sive inspectionem; (2.) *intellektionem* (b); vel *specialiter*, quatenus denotat (1.) *spectationem ludorum* (c) & certaminum in panegyricis conventibus, imò ipsa spectacula; (2.) *actum intellectus* circa res per suas causas investigandas occupati, talemq; notitiam, quæ praxi contradistincta est, & in cognoscendo acquiescit; atqve hâc ultimâ significatione sumitur in præsentia. Unde *θεωρία* est actio intellectus, quæ in solâ cognitione veri consistit, nec ulterius progreditur. Quocirca *Aristoteles* (d) ait: *mentem seu intellectum speculativum nihil movere, quoniam non intelligit ea, quæ possint cadere sub appetitum & actionem nostram.* Sic à *θεωρία* descendit *θεωρητικὴ* *Philosophia*, quæ vel *inadequatè* pro unâ tantùm particulari disciplinâ, vel *adquatè* pro formali omnium disciplinarum theoreticarum complexu, uti heic loci, accipitur.

(a) *Act. VII, 56.* (b) *Job. IV, 29.* (c) *Luc. XXIII. 48.* (d) *lib. IX. Ethic. c. 2. Et lib. 3. de Anima c. 9. r. 46.*

§. 2. Definiti *genus* iterum constituimus *Habitu*, intellige talem, qui in mera contemplatione acquiescens nullam omninò operationem ex natura suâ admittit. Nec est, quod *objiciatur disciplinas theoreticas non rarò ad praxin tendere, dum plerumq; propter futurum usum addiscantur, quem in superioribus facultatibus præstent;* in promptu enim est responsio, quòd de disciplinis theoreticis non simpliciter sit judicandum ex discentium intentione aut voluntate, quæ incerta & multiplex esse potest; sed ex propria ipsarum naturâ ac fine proximo, quem ars aut scientia infert, non quem artifex aut Philosophus intendit, hi enim sæpe præter finem scientiæ, usum quoque ejus-

dem adspirant atq; suspiciunt, quod Theoreticis habitibus saltim acci-  
dit, non verò per se & naturam inest. Sed verò cum *Theoretici habi-  
tus* hodie disciplinis Theoreticis exactè comprehendi & exhiberi solent,  
non abs re erit, si hic dicatur, quid disciplina sit? Scilicet *ordinata tra-  
ctatio rerum homogenearum cognoscibilium, ad idem objectum spectan-  
tium, faciliori perceptioni & propagationi inserviens*. Quòd si igitur  
res speculativæ fuerint, *Theoretica* inde nascitur *disciplina*, quæ syn-  
theticâ methodo per Logicas Regulas incedit.

§. 3. Conceptus contrahens iterum desumptus est à *subje-  
cto* & *sine*. *Subiectum* perfectionis Philosophiæ Theoreticæ est  
Intellectus Theoreticus, pro ultimo fine *θεωριαν* habens. *Objectum*  
est verum naturale necessarium, quatenus solâ mentis contemplatione  
contentum est. Ut proinde ad hanc Philosophiæ partem pertineat to-  
tus mundus cum omnibus sui partibus, & in universum omnia, quæ sunt  
extra & supra nos, quorum ortum, progressum & finem; naturam, vim,  
causas & effectus; item affectiones & accidentia varia percontari &  
dispicere sibi sumit mentis amplitudo. Has verò res omnes dicimus  
necessarias, non quidem in se spectatas, sic enim sæpe multum contin-  
gentiæ admixtum habent; sed respectu nostri, quia vel nobis nolenti-  
bus sunt & existunt, vel quia nostra potestate & arte mutari nequeunt.  
Deniq; *Finis externus* Theoreticæ Philosophiæ est Theoretica felicitas,  
quæ consistit in indefinente rerum necessariarum speculatione, imò ta-  
citatâ per opera Dei cum Deo collusione, quâ singularem Conditoris bo-  
nitatem, potentiam & sapientiam admirari habemus; *Internus autem  
finis* in intensivâ intellectus perfectione & ab ignorantia liberatione,  
cum primis consistere videtur. Huic contrahenti conceptui accenseri  
meritò potest *adjunctum prioritatis*, quo disciplinæ Theoreticæ Practi-  
cis non uno nomine præstant.

§. 4. *Philosophia Theoretica* dispescitur in *Scientiam univer-  
salem, & particularem*. Illa est, quæ Ens, quatenus Ens, & quæ ei per  
se insunt, contemplatur, id quod facit (I.) METAPHYSICA. Alii  
autem hanc *universalem scientiam* pro Virtutum intellectualium discrimi-  
nate minutius distinguunt, atque ex *intelligentia* NOOLOGIAM, ex  
*scientia* GNOSTOLOGIAM, ex *sapientia* ONTOLOGIAM, præter  
morem & necessitatem adornant; *Metaphysica* enim moderna aut la-  
titudine suâ illa omnia complectitur, aut per Logicorum instituta præ-  
suppo-

supponit. *Hæc Scientia particularis* est, quæ partem aliquam entis ab-  
 scindit, eamq; cum principiis & affectionibus speculatur. Entia verò  
 necessaria sunt talia vel simpliciter τὰ ἀπλῶς ὄντα, quæ tractat (II)  
 PNEUMATICA; vel ex appositione materiæ ad formam, τὰ ἐκωσ-  
 θίσεως ὄντα, quæ considerat (III.) PHYSICA; vel ex abstractione  
 formæ à materiâ, τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα, circa quæ versatur *Mathe-*  
*matica*, vulgò in *puram & Impuram* divisa; illa seu abstracta; occupa-  
 tur circa nudam *multitudinem*, hinc (IV.) ARITHMETICA; vel *ma-*  
*gnitudinem*, hinc (V.) GEOMETRIA; *Hæc* seu concreta *Quantita-*  
*tem* in certâ materia physicâ considerat, eamq; expendit in corpore na-  
 turali vel *solam*, vel *qualitate mixtam*: Illiusmodi est vel *Generalis*,  
 vel *Specialis*. Illa dicitur *Cosmographia*, quæ contemplatur vel *Cæ-*  
*lum*, vel *Terram*. *Cosmographia*, quæ cælum contemplatur, in ipso  
 considerat *Siderum* vel *Motum*, vel *Effectum*. Circa siderum motum  
 versatur *Astronomia*, quæ est vel *prima*, vel *orta*. *Astronomia pri-*  
*ma* rursus exponit siderum Motum vel *primum*, vel *secundum*: Illa  
 dicitur (VII) SPHÆRICA; *Hæc* (VIII) THEORICA. *Astronomia*  
*orta* nuncupatur (IX) COMPUTUS. *Cosmographia*, quæ contem-  
 platur *cæli effectum*, appellatur (X) ASTROLOGIA. *Cosmographia*,  
 quæ *Terram* speculatur, dicitur (XI.) GEOGRAPHIA. *Huiusmodi* sc.  
*Mathematica* concreta, quæ quantitatem in materiâ physicâ mixtam  
 contemplatur, assumit qualitatem vel *soni*, ut (XII.) MUSICA; vel  
*coloris ac lucis*, ut (XIII.) OPTICA; vel *gravitatis ac levitatis*, ut (XIV.)  
 STATHMICA; vel *figuræ*, ut (XV.) ARCHITECTONICA. Alia ta-  
 men & uberior *Mathematicum* distinctio placuit *Exc. Erb. WEIGELIO*  
 (a), *Viro de nostris exiguis studiis egregiè merito*, quam nunc adducere  
 præter rem esse putamus.

(a) *Consil. Palat. Solisb. Mathematico Jenensi Celebratiss. in Idea*  
*Mathes. univers.*

§. 5. Coeterum differi non possumus *Philosophiam speculati-*  
*vam* ab *Aristotele* (a) in *Physicam*, ditciplinas *Mathematicas* & *Meta-*  
*physicam* olim sat accuratè divisam, & à veteribus rectè approbatam  
 inq; scholis adhuc utiliter retentam & celebratam fuisse. Argumen-  
 tum enim hujus tripartitæ divisionis maximè probabile hoc valere vi-  
 detur: *Scientia speculativa* est cognitio rerum, quarum tria sunt ge-  
 nera, nam *quædam sunt extra materiam*, quarum cognitio consti-

tuit METAPHYSICAM; *alia sunt in materiâ*, id quod bifariam contingit, nam *quædam* ita existunt in materiâ, ut sine ipsa tamen definiri & sciri possint, cujusmodi est *Quantitas*, quas res sibi pertractandas sumunt *disciplina MATHEMATICÆ*; *alia* verò res penitus hærent in materia, ut nec re separari possint ab ipsâ, neq; cogitatione. Itaq; quemadmodum natura non potest ejusmodi res perficere sine motu & materiâ, sic etiam sine illis non possunt in scientiâ perfectè declarari, quarum rerum scientia nominatur PHYSICA. Quo autem modo *Scholastici* allatæ divisionis sufficientiam declarent, itemq; *Scotiste & Albertus Magnus*, id sufficienter expositum dedit *Bened. Pererius* (b). Quicquid etiam supra à nobis prolixè distinctum fuit, id ad *τῶν κομῶν Aristotelis* adæquatè reduci posse nulli dubitamus, ut proinde Philosophia THEORETICA, nec nimis largè nec minus angustè, manifesta *objectorum & abstractionum* diversitate, in METAPHYSICAM, PHYSICAM & MATHEMATICAM dispescatur, non quidem ceu univocum *genus* in suas *species*, nec *totum* in *partes*, nec *subiectum* in *accidentia*; sed ut nomen *ab uno ad unum*, quod vulgò *analogum* dicunt.

(a) *lib. VI Metaph.* c. 1. 2. (b) *lib. 1. De Philosoph. c. v. p. 16. 17.*

Θείσις VII.

PHilosophia PRACTICA est scientia, quæ liberas hominum actiones per virtutes & leges ad summam felicitatem civilem dirigit atq; perducit.

Ἐκθεσις.

§. I. *Theoreticam* excipit PRACTICA, ἀπὸ τῆς προᾶξις dicta, quippe quæ circa illa, quæ in *actione* consistunt, maximè occupata; non enim sufficit nosse præstantiam virtutis summamq; bonum diligere, sed requiritur indefessum virtutis, exercitium, ut civili felicitate per hanc vitam uti fruiq; liceat. Sumitur autem *Philosophia Practica* vel *justo latius*, prout *Instrumentales* disciplinas; itemq; omnia artium genera complectitur; vel *æquo strictius*, prout vel solam *Ethicam*, vel hanc & *Politicam*, missâ *Oeconomicâ* continet; vel *accuratius*, quatenus ambitu suo *mores, ordinem & rem familiarem* hominum eo, quo docet, modo instruit atq; informat. Quo sensu *προᾶξις* non modò à *θεωρία*, sed & *ποίησι* formaliter alia, imò aliena est; *θεωρία* enim *mentis*, *ποίησις effectuum*, *προᾶξις affectuum* opera suscipit atq; intendit.

§. 2. Præ-

§. 2. Præmissâ, more inter eruditos recepto, ὀνομαπλογία succedit præfixâ definitionis περὶ γενεῶν πλογία, quæ adæquato Genere & differentia specificâ absolvitur. GENERIS locum occupat SCIENTIA propriè sic dicta, quæ est habitus demonstrativus ex necessariis, prout notionem scientiæ accepit Aristoteles (a). Cum verò in concessio sit, nihil posse doceri, nisi sit scientia, ut testatur Plato (b), Clemens Alexandrinus (c), Melch. Zeidlerus (d) & Aristoteles passim; jam autem docere sit rei causam simpliciter proximam afferre, teste Aristotele (e); sed rei causam simpliciter proximam assignare sit demonstrare, liquet, quod Scientia sit habitus, qui demonstrationibus fulcitur. Merito ergo heic notam merentur, qui scientiam non nisi Habitum theoreticum esse contendunt; quippe cum longè aliter senserint veteris ævi Scriptores, Plato & Aristoteles; nec illorum, quam improbamus, sententia fundamentum in re ipsa habeat. Quoniam igitur non solum Theoreticus, quàm Practicus habitus demonstrationibus utitur, manifestum est, quod etiam Philosophia Practica conceptum Scientiæ sustinere possit.

(a) lib. VI Nicom. c. 3. (b) in Menone (c) lib. 2. Stromatum (d) in Analyt. (e) lib. 1. Metaph. c. 2.

§. 3. Quod autem Philosophia moralis demonstrationibus utatur, vel indeliquet, quia in eâ obvenerunt axiomata & theses, quæ idè afferuntur, ut ex iis aliquid demonstretur, Aristotele (a) iudice, qui axiomata esse ἀρχὰς ἀποδείξεως dicit. Nèq; inficias imus demonstrationes morales illum non assequi gradum, quem in Mathematicis deprehendimus; hæ enim sunt categoricæ & æternæ veritatis, ibi autem non pauca sunt hypotheticæ; pleræq; necessariò veræ, aliæ frequentissimè veræ, quædam incertiores sunt & verissimiliter duntaxat intelliguntur ob infinitam circumstantiarum multitudinem, quemadmodum Vir summi ingenii Hermannus Conringius hæc accuratè diduxit (b). Non autem illarum, quæ frequenter fallunt, scientiam dari dicimus, sed earû, quæ aut necessariò sunt veræ, aut non nisi rarissimè fallunt.

(a) lib. 1. post. Analyt. c. 2. (b) lib. de Civ. Prud. c. 8

§. 4. Neq; ignoramus Scientiam strictissimè & primariò sic dictam esse tantùm rerum æternarum, ut tamen nomen Scientiæ apud optimos Analyticæ Magistros ulterius extendatur. Datur enim scientia quoq; secundariò sic dicta seu ignobilior, quæ versatur circa contingens, non tamen quodvis, sed definitum, uti docet iterum Aristoteles (a)

Scien.

*Scientiam* esse aut ejus, quod semper, aut quod ut plurimum est; ita *civilis doctrina*, quæ multis substat contingentibus, exactissimæ scientiæ quidem nomen omni ex parte non meretur; interim tamen nec ei omnis certitudo aut scientiæ dignitas est detrahenda nonnullorum prætextu, quæ certò demonstrari nequeunt, ut loquitur *Conringius* (b). Sed si *civilium* rerum certa atq; determinata *scientia* haberi potest, quantò accuratior *moralium*, quæ *immutabilitate juris naturalis* nixæ, conclusiones suas ex genuinis certissimisq; principiis solidè & accuratè probant, recteq; sic dictam *Scientiam demonstrativam* pariunt (c).  
 (a) lib. 1. Post. c. 30. lib. 2. c. 12. l. 1. Prior. c. 27. (b) loc. cit. (c)  
 Conf. Dn. D. Veltbemijs in *Gustu doct. mor. tab. 1. qv. 3.*

§. 5. Hæc autem generis æqualitas non illicò æqualem tam *Theoreticam*, quam *Practicam* scientiæ nobilitatem atq; præstantiam infert; planum enim est nulliq; dubium præstare multum *Theoreticam* *Practicam* scientiæ; *illa* enim est sui gratiâ, *hæc* propter aliud; *illa* per se sola perficit hominem in genere suo, finemq; suum citra alterius auxilium assequitur; *hæc* verò non potest consequi per se finem suum, sed eget auxilio virtutum moralium aliorumq; habituum. Præterea *illa* perducit ad felicitatem speculativam, & hominem in ordine ad Deum & intelligentias; *hæc* autem ad felicitatem activam & in ordine ad societatem hominum. Demum inter speculativas est aliqua, nimirum *Metaphysica*, quæ longè superat omnes Practicas; inter Practicas autem non reperitur aliqua, quæ superet omnes Speculativas.

§. 6. *Differentia* adductæ suprà definitionis petita est (1) ab *objecto*, non quod *considerationis* in quo explicando sive *directè* sive *indirectè* occupatur, quomodo & summum Bonum (*finis*) & Virtutes (*media*) objectum ejus dicantur; sed *operationis* est, in quod Practicæ Philosophiæ finis per media introduci debet; & hoc vel *adequatum* est Homo, quatenus juxta rectæ rationis practicæ præscriptum beandus, aut bonis moribus informandus est, vel *inadequatum*, nempe libera hominis actio, ad honestatis normam conformanda. (2) à *subjecto*, cum *denominationis*, quod homo rectè constitutus; non igitur Angeli, nec bruta, nec pueri aliiq; mentis impotes; tum *determinationis*, quod anima voluntate prædita. (3) à *fine* nunc *Principali* seu essentiali, ad quem *Philosophia Practica* per naturam suam dirigitur, nunc *Minus-principali* seu accidentali, ad quem præter naturam suam applicatur.  
 Ille

28.  
Ille vel *Summus*, vel *Subordinatus*, vel *Ultimus* est: Ille Dei gloriam & celebrationem suscipit atq; illustrat; *Iste* vel *internus* est hominis ad honestatem informatio; vel *externus* hujus seculi felicitas inoptimo animi corporisq; statu, cum sufficienti & debito bonorum fortunæ satellitio consistens: *Hic* est beatitudo civilis, quatenus ab homine in hac vita acquiri potest. Denique *minus-Principalis* finis ratione applicationis & usus varius esse potest, quoad *Philosophia Practica Theologo* ad mores populi pro concione instruendos, *Jurisperito* ad rationes legum evolvendas, *Medico* ad passiones animi morborumq; origines declarandas multum tribuit atq; conducit.

§. 7. In dividendâ *Philosophia Practica* non bene inter Auctores convenit, aliis in *excessu*, in *defectu* aliis peccantibus: Illi quinque faciunt partes: *Ethicam*, *Politicam*, *Oeconomicam*, *Scholasticam*, *Historicam*; Quibus alii *Militarem* & *Regnativam* addunt. *Qui desciunt*, vel unam tantum partem eamq; *Ethicam* contentam agnoscunt, *Oeconomicam* verò & *Politicam* veras hujus *Philosophiæ Practicæ* partes esse negant; vel *Ethicam* ex *Philosophiæ Practicæ* ambitu eliminant, eoque *Politicam* & *Oeconomicam* totius partes faciunt; vel eam in *Ethicam* & *Politicam* dividunt, *Oeconomicam* ad *Politicam* relatâ. Nonnulli *Ethicam*, *Politicam* & *Oeconomicam* tres unius *disciplinæ Practicæ* partes facturi unam saltem *disciplinam Practicam* supponunt atq; constituunt. *Fr. Piccolomineus* civilem scientiam in partes duas principes distribuendam censet, quarum *prima*, *Ethica* tanquam theoricæ tradit principia, fundamenta & semina universæ *Philosophiæ civilis*, facultateq; includit universam civilem *Philosophiam*; *altera* *Politica*, quæ magis practica est, descendit ad ordines, ad præcepta propria & leges, diversimq; ea explicat, quæ competunt unicuique gradui, & conditioni hominum. Similiter *Conr. Hornejus* *Philosophiæ Practicæ* partem generalem constituit *Ethicam*; Specialem *Politicam*. Sed quicquid aliis visum fuerit, nobis non ineptè *Philosophiæ Practicæ* dispescenda videtur in *Methodicam* & *Exemplarem*; Illa rursus secunda in *Ethicam*, *Politicam* & *Oeconomicam*, tanquam tres integras & *Practicæ Philosophiæ* distinctas disciplinas, quia in singulis singularia objecta, media & fines deprehenduntur; *Ethica* enim versatur circa actiones liberas Hominis, quatenus in societate humanâ; *Politica*, quatenus in societate civili; *Oeconomica*, quatenus in societate domestica vivit. Dantur etiam di-

D

versa

versa *media*, cùm aliæ sint *virtutes Ethicæ* ad omnes homines, aliæ *Politica* ad imperantes vel parentes; aliæ *Oeconomica* ad Patres familias vel res domesticas spectantes. *Finis* deniq; Ethicæ est *beatitudo moralis* seu morum honestas; Politicæ *beatitudo civilis* s. salus totius Reipl.; & Oeconomica *felicitas domestica* sive salus rei familiaris. *Exemplaris* vulgò *Historica* audit, & *Practica Philosophia*, appendicis loco, subungi solet, quæ tamen non videtur peculiarem aliquam disciplinam constituere Philolophicam in rigore sic dictam; quia (1.) *circa singularia versatur*, à quibus omnes Philolophicæ disciplinæ abstrahunt; (2.) ad neutram disciplinam s. *Theoreticam*, s. *Practicam* commodè referri potest; non *illuc*, quia non in nuda facti cognitione, sed boni imitatione, mali fugâ consistit. Neq; *huc*, quia non versatur circa res gerendas, quæ operationi subjiciendæ sunt, sed circa res jam gestas & præteritas. Huc quoq; accedit (3.) quod *Historia nullâ certâ & constanti methodo* vel syntheticâ, vel analyticâ, nec per definitiones, divisiones aut axiomata proponi possit, siquidem exempla tantum exhibet, in quibus nulla præceptorum dispositio locum invenit. Quamvis igitur ἀκριβῶς loquendo ad nullam propriè sic dictam Philosophiæ disciplinam referri apta sit, tamen παχυλῶς spectata ad disciplinas practicas quodammodo reduci potest, quia circa actiones versatur cùm sacras tum profanas, licet jam gestas, quarum finis est *morum conformatio, actionumq; humanarum circumspecta & provida moderatio*.

§. 8. Universam hanc *Philosophia περὶ παιδείαν* ad ultimum excipit PHILOLOGIA, absolutè & strictè pro illo artium liberalium systemate sumpta, quæ certis instrumentis *rationem & orationem* excolunt. Accipi autem *Philosophia* ac *Philologia* possunt vel *oppositè*, vel *compositè*. *Oppositè*, quatenus ad tria ista summa capita: *Philologiam*, *Philosophiam* & *Theologiam*, omnes disciplinæ liberales referuntur; *Compositè*, quatenus *Philosophia ἀκριβῶς* dividitur in *Theoreticam*, *Practicam* & *Poëticam* s. *organicam*: Ibi *Philologia* opponitur *Philosophia*; heic tanquam pars supponitur, quia nempe *Philosophia πρὸς ἡλικίαν* s. *effectiva* est ipsissima *Philologia*, ut tamen *μὴ πρὸς ἡλικίαν ἀκριβῶς Philosophia* sustinere & æquare sufficiat. *Philosophiam* enim homo ex lumine naturæ assequi potuit, sed *Philologiam* non nisi ex arbitrio & impositione hominum; *illa* ratione, *hec* auctoritate nititur;

illius

27  
Istius causas scire, hujus præcepta credere oportet. Lusum verò illum ingenii facillè ferre possumus, quo disciplina *Theoretica, Practica & Poëtica* tribus *Gratiis*; sed illarum ter ternæ partes: *Metaphysica, Physica, Mathematica; Ethica, Oeconomica, Politica; Grammatica, Logica, Rhetorica*, novem *Musis* conferri & æquiparari soleant. Hæc enim sunt summa *ἡ νοῦν* aut disciplinarum genera, quæ rebus discendis & sanandæ hominis imperfectiioni sufficiunt. Laborat enim homo triplici morbo, videl. *ignorantiâ mentis, malitiâ voluntatis, & imperitiâ discursus, lingue, manus &c.* Illam expellit *σύνεσις*, istam *Φρόνησις*, hanc *δύναμις ἐμπνευστική*. Omnes itaq; disciplinæ (laxiò sic dictæ) ad tria ista capita *θεωρητικῆ, πρακτικῆ καὶ μιμητικῆ* congruè reduci se patiuntur.

Θέσις IIX.

**C**AUSA Philosophiæ efficiens principalis, eaq; universalis est **DEUS**; Particularis, ratione fundamenti, **NATURA**; ratione methodi sunt **AUTHORES** Sectarum; Causæ instrumentales sunt **ARTES** dicendi; Causa per accidens est **ADMIRATIO**.

Ἐκθέσις.

§. 1. Supremo NUMINI, quicquid est in homine veri boniq; originem meritò debere ipse sacer codex (a) testatum dedit, & nemo, cui lana mens contigit, inficias (b) ivit. Extra dubitationis aleam ergò positum puto DEUM, inspiratâ animâ, facultatem quoq; quæ rerum causas scire desiderat homo, largâ manu concessisse, reliquisse.

(a) *Qui Deum Sapientiæ tam inveniendæ, quàm inventæ perficiendæ Autorem celebrat I. Reg. III, 12. Ecclesiastici c. 1, 1. (b) Gentiles Philosophi Philosophiam pro dono Dei agnoverunt supra, Θεσ. III. §. 2.*

§. 2. NATURAM verò, quæ fundamentum Philosophiæ ponere dicta fuit, non præcisè hominis corrupti & in spiritalibus planè mortui, nec per naturam stupidi fatuiq; sed sciendi cupidi, excitatiq; ingenii intellectuam volumus, quæ ruderibus imaginis divinæ rectæq; rationis dictamine innixa non modò de recto rationis usu in contemplatione veritatis, sed & de usu vitæ & rebus agendis est sollicita. Nec omnis scientia, neq; omnis veritas est Philosophiæ propria, sed ea tan-

D 2

tum

tum, quæ rerum in se ipsis spectatarum convenientiam eum vero intellectu docere apta est.

§. 3. METHODUM Philosophiæ variam varii tradiderunt Philosophi, qui nunc *gravibus*, nunc *levibus*, nunc *ludicris* de causis varias abierunt *hæreses*, quas Latini *sectas* vocant. Quatuor autem maxime generales à *Galeno* (a) enumerantur *Sectæ*: (1.) *Dogmatica*, quæ in doctrinis firma & stabilis est. (2.) *Sceptica*, quæ de singulis dubitat. (3.) *Contentiosa*, quæ cavillis superiore esse in concertationibus studet. (4.) *Mista*, quæ licet multa decreta habeat, de multis tamen adhuc dubitat, nec ita de singulis dubitat, ut ea constituat. *Alij* (b) *Sectas* omnes à triplici *philosophandi ratione* ad tria quoque genera referri posse censent: (1.) *Dogmaticum*, quod se verum invenisse, aut posse invenire dicit. (2.) *Acatalepticum*, cui verum tam alto puteo demersum latet, ut fundus sit nullus, eoque nec inveniri nec percipi possit. (3.) *Scepticum*, quod nec verum apprehendit, nec tamen apprehendi posse desperat, sed in continuâ *εποχή* acquiescit. Nonnulli demum omnes *sectas* ad duas principes & reliquorum fontes reducunt: *Jonicam* nempe & *Italicam*; quibus *Alij* (c) *Eleaticam* adjiciunt; Illius author *Thales Milesius*, istius *Pythagoras*, hujus *Xenophanes Colophonius* vulgò creditur.

(a) *In Histor. Philos.* (b) *V. Sextum Pyrrhoniæ Hypotyp.* lib. 1. c. 2. 8. *Laetium de Vit. Phil. lib. 1. Conf. Dn. D. Zeldlerum, qui ex his aliisque hanc diversitatem prolixè exposuit in Anal. Post. lib. 1. c. 1.* (c) *ut Eusebius, citante Pico in Ex. vanit. doctr. gent. lib. 1. c. 2.*

§. 4. Missis generalibus ad speciales procedemus *Sectas* subindicaturi, unde nomina sua acceperint. *Hippobotus* (a) novem modò *sectas* speciales sive instituta fuisse recenset, plures tamen dari in progressu patebit. Sortitæ autem sunt appellationem suam (1.) à *totâ regione*; ut *Italica*, cujus Auctor *Pythagoras*, & *Jonica*, cujus Princeps fuit *Thales* ex *Joniâ* oriundus. (2.) à *civitatibus*, quibus *sectarum* primipili suos debuere natales, ut *Cyrenaica* à patria *Aristippi*; *Megarica* à patria *Euclidis*; *Eleatica*, quorum Princeps *Phædo* Eliensis. *Eretriaca* à *Menedemo* Eretrico. (3.) *Alocis*, in quibus docebant, ut *Academica* ab *Academia*, loco extra Athenas nemoroso, in quo *Philosophiam* primus docuit *Plato*; *Stoica* ab Atheniensi porticu. (4.) *Ab eventu* aliquo, ut *Peripatetica* à *deambulatione* *Aristotelis*. (5.) *Ab ignominia*,

nia, ut *Cynica* à more vivendi canino. (6.) à præfixo *Philosophie* fine, ut *Eudemonica*, à felicitate, quam *Anaxarchus* finem *Philosophie* esse voluit. *Hedonica* à voluptate, quam *Aristippus* pro fine habuit. (7.) *Afastu* & magnâ sui præsumptione, ut *Philalethetica* ab amore veritatis; *Analogetica* à sententiarum optimarum collectione; (8.) *Eslectica* à delectu, quam *Potamon Alexandrinus* introduxit, ex qualibet sectâ eligens, quæ ipsi placuerant. (9.) *A Præceptoribus*, qui vel invenerint vel perfecerint sectâ suam, ut *Pythagorea* à Pythagora; *Epicurea* ab Epicuro, *Zenonia* à Zenone, *Pyrrhonia* à Pyrrhone, *Theodoria* à Theodoro, *Annicerea* ab Anniceride. Deniq; (10.) ab *Auctore*, sine & patriâ simul, quam *Aristippus* induxit, ab ipso *Aristippica*, ab ejus patriâ *Cyrenaica*, à fine *Hedonica* appellata. Plura qui scire avet, adeat *Laertium* (b) *Galenum* (c) *Vossium* (d) *Jonstonum* (e).

(a) In libro de Sectis, quem laudat *Laertius* & *Suida*. (b) lib. 1. de Vit. Phil. (c) in Hist. Philosoph. (d) de sectis Philosoph. (e) *Polym. Philol. adumbr. lib. 2. c. 39. §. 4. 8. seqq.*

S. 5. His accenseri & illæ Sectæ merentur, quæ olim & hodie inter Christianos, sed dispari nomine, cluunt:

(I) EREMITICA, quæmirandâ conversatione, naturali simpliciq; prudentiâ nequitiam hominis ψυχῆς suppressere & utilia operari docuit. Neq; virtutem prædicare, sed exercere magis solita, nihiliq; humanam gloriam pendens passionibus animæ masculè restitit, & neq; naturæ necessitatib; se subdi, nec corporis infirmitati succumbere passâ fuit. Divinæ virtuti mentem habuisse dicitur, temper contemplata Creatoré omnium, quem nocte dieq; colens, orationibus & litaniis placavit. Cujus Princeps laudatur *Elias* atq; *Jobannes*: *Philo* autem *Pythagoricus* suis temporibus refert undiq; Ebræorum egregios in quodam prædio, circa stagnum *Mariam* in colle positum, philosophatos (a). Hæc *Eremitica Philosophia* remisso persecutionum impetu & post exilia Christiana floruisse potissimum creditur. Hanc excepit

(II) MONASTICA quæ similiter vitæ sanctæ studium prius amplexa (b) deinde res secum gestas monumentis licet rudioribus, pro genio seculi tradere artibusq; ingenuis paululùm advescere cœpit. Hanc secuta

(III) SCHOLASTICA, cum enim *sequiores Patres* initio Theologiæ in scholis coenobiisq; vacarent, mox ad Philosophiam toti abrepti eam primò miscere Theologiæ, dein eidem æquiparare, tandem & supra eam effere

ferre conati sunt *Scholastici*, quorum caput inter Græcos extat *Jo. Damascenus* (c), insignis Philosophus. Latinos inter facile primus fuit *Hugo de S. Victore*, qui composuit *libros scientiarum*, quos enucleavit *Bandinus*, quem *magrè mda* exscripsit *Petrus Lombardus*, Parisiensis Episcopus, *Vir* tantæ authoritatis, ut postea nil ratum habuerint, quod non docuerit *sententiarum Magister*. Cujus Sententiæ cum non sufficerent, sec. X. excogitarunt *Jus Canonicum*, quod cœpit *Jvo Burcharius*, perfecit *Gratianus*. Placuit hoc opus usq; adeo Pontificibus, ut *Gregorius XI.* Decretales addiderit, *Bonifacius VI.* Decreta, *Clemens V.* Clementinas, *Johannes XXII.* Extravagantes, *Paulus IV.* Institutiones, & quæ reliqua conjunctim exhibent *Jus Canonicum*. At enim verò *Scholasticorum* ætas in tres periodos vulgò distingvi solet: *Prima* à *Lanfranco* Papiensi ac *Archi-Episcopo Cantuariensi*, sive potius à *P. Lombardo* A. Chr. 1145. initium sumpsit, duravitq; per annos 100. vel 115, quo tempore, nisi quod barbaries omnia occuparet, major adhuc Philosophiæ puritas fuit. Omnium maximè hac periodo celebrata fuit fama *Alexandri de Ales*, *Parisienſis Professoris*, primiq; in *Lombardum* *Commentatoris*, qui rarissimo exemplo *Scripturam S. in manus sumpsit*, quam explicuit non ex scriptura, sed ex illis novis decretis & principiis. *Barbaram* illius glossam ex inscriptione intelligas: *Postilla in totam Bibliam*; & tamen vocabatur *D. irrefragabilis*. *Secunda* ab *Alberto M.* *Ratisbonensi* Episcopo, qui præter Patres, *Aristotelem* & *Philosophiam* invenit, & ex illis de fidei mysteriis disputare cœpit. complevitq; spatium 100. annorum ab A. C. 1200. ad *Durandum de S. Portiano*. Ex ejus scholâ prodierunt *Albertista*, *Thomista*, *Scotista* leu *Reales Thomistarum* adversarii. *Tertia*, illaq; nova ætas à *Durando de S. Portiano* ab A. C. 1320. usq; ad *Gabr. Biel*. *Spirensis*, Præpositura in *Schonbach*, sub confinia seculi XV. & XVI. florentem, extenditur, quo tempore nec finis nec modus in *Magistrum sententiarum* ac *Aristotelem* commentariis fuit, quartaq; *Nominalium* vel *Occamistarum*, ab Authore *Gvil. Occamo* Anglo, secta accessit, tandemq; tunc maximâ ex parte exspiravit *Scholastica*, præsertim cum seculo superiori insurgeret (IV.) *RAMEA*, à *Petro Ramo* Parisiensi Professore dicta, non quod ab illo sumpserit initium, jam olim enim à *Peripateticis* non pauci dissenserunt, inter quos *Laur. Valla* & *Ludov. Vives*, è quibus plurima *Ramus* decerpſit; sed quod ille, meliùs de rebus cogitandi hinc occasione sumptâ,

sumptâ, sententiam illorum in lucem produxit, fortiterq; propugnâvit. Cum enim *Pseudo-Peripateticorum* furias ægrè ferret, initiò in illos, mox in ipsum *Aristotelem* acriter invecus est, & Adversariorum contentione divexatus longius processit, novamq; sectam de suo nomine plurimos in *Anglia, Gallia, Germania* sectatores nactus, condidit. Antagonistas habuit plurimos, *Lutetiæ Joach. Perionium, Tubingæ Jac. Scheckium; Bezam & Ursinum*, à quibus tria ei potissimum objecta: ἀμειδοῦσα, ἀντιλογία & ψευδολογία. Quotquot hinc descenderunt Sectarii, *Aristoteli* sunt infensissimi, à cujus etiam lectione illorum rigidiores abstinere volunt. *Metaphysicam* exterminant prorsus, præceptorum pauca, eorumq; usum urgent, quam ob causam à quibusdam *Philosophissimi* appellati dicuntur (d). Sed verò

(V) **PARACELSISTICA** vix nomine *Philosophia* digna videtur, quod magnâ præceptorum ἀμειδοῦσα, terminorum & phrasium insolentiâ peccet, omnibusqve bonis artibus quasi bellum indicet; *Magicâ* magis arte ( si modo ars est, non vanissimi cujusq; ludibrium ) & professione, quàm *Philosophicâ scientiâ* celebris. Varia tamen de Auctore feruntur judicia, crimini pariter ac elogio exposita. *B. Dan. Sennertus* (e) illum pro capite & cauda fonteq; operationum *Magicarum & cardine* habet. Sed *Mich. Barbius* (f) præclare de Isto sentit, quod admiranda præstiterit, nec dum audiverit Ipse, qui Eum perfectè intelligat, & quæ ipse fecit, faciat. *Henricus Smetius* (g) sanè *Paracelsum* laboriosum industriumq; rerum abstrusarum indagatorem multaq; peritiæ Virum libenter agnoscit, sed scientiæ solidioris parum, methodi nihil, oris tamen quamplurimùm habuisse ipsi vitus est. Sic & *P. Melissus* (h) Theophrasti dia reperta ingeniumq; sagax & mirum ignem satis à quoquam prædicari posse diffidit. Hujus *Paracelsi* sectator existit *Jo. Bapt. Helmontius*, *Bruxellis A. 1577.* oriundus, quem cum novisset *Jo. Caramuel Lobkowitz*, ita de illo statuit (i), quod fuerit pius, doctus ac celebris; *Galenii & Aristotelis* juratus hostis, sub quo ægri non laboraverint diu, secundo enim aut tertio ad summum die carebant vitâ aut morbo. Prodierunt jam tandem ejus opera omnia A. 1667. in quibus continua contra *Peripateticos & Galenistas* satyra, multis onusta foliis, fractu tenui. Vocavit seipsum *Philosophum per ignem*; Filius autem, quem reliquit, *Franciscus Mercurius* se *Philosophum per unum, in quo sunt omnia*, appellare maluit. Nemo autem, quod scio, Christianorum *Philosophorum* amplius superest, qui horum pollicem publicè premat

præmât, *Medicâ* verò, si qui sunt, licentiosus illâ methodus sanândi brævis & libera ( sed impiâ mente! ) videri quidem posset. Nunc verò alia ex castris villisq; *Galliciâ* ad nos pervolavit affabre polita ( sed sterilis ) JUNO, quam *Leontei* filii, non *libertate*, quam falsò jactant, sed *licentiâ* philosophandi nimis evecti, procacius de stupro appellant, rectè vocata ( VI. ) CARTESIANA, ab Auctore sectæ CARTESIO, (cujus nomen malo omine per *anagramma* se verti finit SECTARIUS, ) Nobili Gallo, stirpeq; inter *Pictones* illustri, in *Turonibus* A. 1596. nato ( s ), qui à primâ juvenia studiis deditus in Philosophia & Mathematicis stupendos progressus fecit; sed intermisso studio arma in *Germania Hungariâq;* feliciter circumtulit, donec ad literas rediret, quibus loca deserta & solitaria poscentibus *Egmontium* in *Hollandiam* secessit, ibiq; annos XXV. commoratus edidit Meditationes primæ Philosophiæ, postea *Dioptricam, Geometriam, Meteorologica, Epistolas* &c. Interea ex omnibus orbis partibus per epistolas lacessitus, tandem *Parisos* venit, & à *Ludovico XIII.* itemq; *Card. Richelio* invitatus, ut ibi sedem figeret, sed aulam Musis non convenientem ratus excusavit honorem. Attamen *Christina, Svecorum* Regina, frequenti rogatu obtinuit, ut *Holmiam* transiret, singulisq; diebus horâ quintâ matutina in Bibliotheca ejus illam instrueret, sed *Sveciam* ingressus non multum supervixit, post quartum enim mensem repentino morbo correptus rebus humanis valedicere coactus est A. C. 1650. Hinc illud fallax *Cartesiana Historia* ( potius, quam *Philosophia* ) simulacrum originem duxit, quod *Ixiones* nonnulli, quibus fœcundior veteris inq; scholis omnium facultatum receptæ *Philosophiæ* usus incognitus, difficilis aut sordidus videbatur, justo sanctius adorant, pressis manibus tenent, ora in illud defigunt. Adeò enim se sacrificio devoverunt quidam *Protestantium* Pontificio CARTESIO, ut vel in verba jurare ( m ), vel sputum ipsius lambere ne erubescant; unde *Alij* ( n ) multis parasangis *Cartesiana* præstare *Scholasticæ* dudum probatis autumant; *Alij* ( o ) Claves scientiæ inde cudunt; *Alij* specimina *Logica Cartesiana* ( p ) sistunt, *Alij* Aulicam Philosophiam ( q ) introducere moliantur, ut *Sectam* hanc ampliorem firmioremq; reddant. Sed vereor, ne nubem sub *Junonis effigie* oppositam amplexi *Atheos Centauros* progenerent, & si pertinacius gloriari pergant se cum solo Philosophorum Deastro *Cartesio* rem habuisse, THEOSOPHIA orthodoxa indignata ad inferos illos detrudat curetq; ut ibi rotæ illigati

gati perpetuò circumagantur. Nondum enim mihi, piè seduloque percontanti, promisit *vagus Cartesius*, quod præstitit à multis retrò seculis variè perdomitus & assvefactus *Aristoteles*, cujus instituta sanctè stabilita acutum Philosophum decent, accuratum Theologum ornant, ut adversariorum ab iisdem principiis stantium mentem assequi, fraudem detegere, nervum argumenti incidere, luasque partes tueri sufficiat; *Cartesianus verò Philosophus rarò aut nunquam evadit sincerus Theologus, cui nihil, Pontificiis parum, Reformatis & Societianis multum consilii suggerit.* Interim si ingenuè, sine ira & studio, fatendum, quod res est, multum sæpè lucis à *Cartesio* ejusque asseclis foeneratur *caligo Scholastica*, quæ nos antè in nonnullis *Φαινομένοις* *Physicis*, animi passionibus explicandis occupaverat; proinde nemo rectius *Cartesio* ac *Aristoteli* hac parte litat, quàm qui utrumque non ut *Dictatorem* sed *Senatorem* veneratur. Quemadmodum non omnis fert omnia tellus, ita *nec unus omnem veritatem rectè comprehendere, nec omnes ab eà penitus aberrare possunt* (r). Igitur optima *Seçta* erit, quæ optimum de singulis, modestà *ἐπιχειρήσει* omni- que partium studio procul habità *ἐκλέξει*, colligere & adhibere docet, VII. ECLECTICA (lat. *Electica*), cujus caput sub imperio *Augusti* olim exstitit *Potamon Alexandrinus* Philosophus; illamque methodum eligendi, quod convenientissimum, dudum calculo suo probavit *Clem. Alexandrinus* (s). Neque verò illam *ἐκλεξιν* intellectam volumus, quâ quis in vagâ authorum lectione & ex illis, quicquid pro lubitu arriserit, confectione constitutus modò huic, modò contrariæ sententiæ assentitur, sed ad inculpatam *ἐκλεξιν* requiritur circum- spectus Judex, qui (1.) *singularum Sectarum peritiâ præditus*, (2.) *omnem invidia, amoris & odij affectum exuit*, ne, quod multis accidit, uni sectæ cœco impetu adhæreat, de reliquis nil nisi dura quæque sentiat. (3.) *Analyticorum doctrinâ præmunitus esse debet*, (quem *παραδεισμῖνον* dicunt), ut sciat πῶς *ἐκείσε ἀποδεκτικόν*, scilicet vernaculas sectæ cujusvisitationes à peregrinis discernere (t). Deinde nosse debet, quæ in qualibet scientiâ sint per se nota, quæ verò non &c. Denique *κερίησια*, ad quæ reducenda theoremata scientiæ, velut ad stateram normamq; , ut innotescat, utrum vera, nec ne? Huc quoque *Petrus Johannes Nunneseius* (u) refert mathematicæ scientiæ benefici-  
E um

um, quo Galenus (x), Ipse Nunnusius, aliiq; in eligendâ Philosophorum  
secta non parum se adjutos testantur. (4.) *Discipiendum* probe est, num  
singula eorum dogmata (α) vera (β) utilia (γ) *jactis principiis*  
*consentanea* sint. Quod si quis hisce præliis probè instructus fuerit,  
ille se ab intestina fraude & exterorum insidiis securum faciliè præsta-  
bit, modumq; liberè philosophandi non excedet. Cujus hæcenus felix  
periculum fecit *in speciali Physicorum sectâ* (γ) discernendâ judicio-  
sissimus Jo. Christ. STVRMIUS, *Alma Altdorffina singulare Decus.*

- (a) *Vide omnino Autores hist. tripart. lib. 1. c. XI. p. m. 278. seqq.*  
(b) *Conf. Cl. Suicerus in Thes. Eccles. sub vocibus Φιλοσοφία, Φιλόσοφος, ubi vox Philosophia non solùm vitam Monachorum austeram, sed & in genere vitæ sanctæ studium, item Religionem Christianam, porrò Patientiam, & tandem dix-  
tam seu vivendi rationem notare dicitur. Sic & Isidorus, vitam Monasticam & Φιλοσοφίαν nuncupat lib. 1. Ep. 260. Imò non nomen tantùm, sed & Philosophorum vestitum, ritusque in monasteria veterum Christianorum transiisse diduxit Cl. Hoffmannus L. U. sub. V. Philosoph. p. 490. (c) Qui floruit circa A. C. 740. ut Petrus Martyr c. Gardinerum pr bat. Cujus opera Syriacè conscripta ex Oriente cum attulisset Guiliel. Postellus, ea Ottoni Henrico, Electori Palatino cum aliis MSS. oppignoravit. (d) Quâ voce Justinianus alicubi utitur. Conf. Georg. Hornius Hist. Philos. lib. 6. c. 11. (e) lib. de Causis & differ. c. 14. (f) Apud Scholzum Epist. Med. 80. (g) Miscell. Med. lib. 5. (h) in Basilicam Crollij (i) Vid. Henning. Witte in Med. p. 125. (l) V. Hoffmanni L. U. sub voc. Renatus Cartes. p. 254. (\*) Nam à Jesuitis in Collegio Regis de la Fleche, quod apud Rbedonenses est, in Britannia more patrio informatus, non tamen Pontificios, sed primos in Belgio Reformatos admiratores habuit. (m) Quod de essentiâ Philosophi Cartesiani esse judicat Cl. Paulus Mich. Rhegenius in Præfat. ad Specim. Log. Cartesianæ Jo. Claubergij, adeo sc. esse liberum, etiamsi in verba Cartesii juret. Quod tamen implicat, simul liberum & adstrictum esse. Imò ipse Cartesius longè à stolidissi-*

*Notèdissimo hoc fastu remotus multis in locis Aristè prohibes  
 ne sibi quò simpliciter credat. V. Diss. de Methodo Sect. I. §. 4.  
 5. Sect. II. §. 2. Conf. Princip. Philos. IV. §. ult. Aliud enim  
 est in verba jurare, quod autoritatè; aliud in rem jurare,  
 quod veritatis indicium; hoc permittimus, illud increpa-  
 mus. (n) Quod tentavit Jo. Claubergius, eùm XV. Diffe-  
 rentias inter Cartesianam & aliàs in scholis usitatã Philoso-  
 phiam ostenderet. (o) Quam adornavit Cl. Schwelingius,  
 Gymnasi Brem. Prof. (p) Quale quid præstitit Clauber-  
 gius, nec irritò conatu secutus suprã laudatus Dn. Rhegenius.  
 (q) Quam ad principia Cartesianã reducendam & corri-  
 gendam sumpsit idem ille Rhegenius contra Cl. Dn. D. Christ.  
 Thomassium A. C. 1689. (r) Uti habet Cl. Sturmius ex  
 Aristotele in præf. Phys. Concl. (s) Quando sic scribit:  
 Φιλοσοφία δὲ ἢ τὴν Στωικὴν λέγω, ἢ δὲ τὴν Πλατωνικὴν,  
 ἢ τὴν ἐπιπέσειον τε καὶ Ἀριστοτελικὴν, ἀλλ' ὅσα εἶρηται παρ'  
 ἐκείνη τῶν ἀρίστων ἴστων καλῶς. (t) V. Aristot. lib. 2.  
 Metaph. c. 3. (u) in Institut. Peripat. Philos. (x) lib. de Or-  
 dine librorum suorum ad Eugentianum. Conf. idem libro de  
 optimã Secta ad Thrasibulum. (y) In Conaminibus Phy-  
 sica Conciliatricis, itemq; uberius in Physica Eclectica seu  
 Hypotheticã.*

§. 6. Ad hæc ARTIBUS dicendi PHILOSOPHIAM tanquam  
 ministris & organis uti, superius quoq; in *thesi* statutum, quibus par-  
 tim *cognitio* rerum facilior, partim *actio* gratior reddi solet; illa est  
 vel *linguarum*, quibus cognoscendis adhibentur instrumenta sive noti-  
 ones GRAMMATICÆ, vel *veritatis*, cui investigandæ inservit LO-  
 GICA. Actio persuadetur oratione vel *solutã*, quod fit adminiculo  
 RHETORICÆ; vel *ligatã*, quod præstatur beneficio POETICÆ.  
 Quare fines quoq; sui haut dissimiles singulæ intendere videntur, quip-  
 pe ob veritatem indagandam inter PHILOSOPHOS expressit necessi-  
 tas *Grammaticam orationem*; propter utilitatem verò *civili pru-*  
*dentia* exulta est, inq; *theatra Pörsin* traxit delectatio. Atq; illam  
 quidem Philolophorum circumscriptam argumentorum contracto am-  
 bitu, brevem esse decuit, ac naturæ ipsius, quam explicat, parem orati-  
 onem, quam *Logicam* dicunt. In foro autem atq; inter milites esse

licuit fufiorem pro re, loco, tempore, perfonis, cujus ars *Oratoria* dicta fuit. (a). Hifce quadrigis fi PHILOSOPHIAM vehi contigit, nunquam velocior, nusquam felicior ivit.

(a) *Conf. Jul. Caf. Scaligeri Poëtices lib. I. c. I. p. 1. Tacitum in Oratore c. 32. §. 12. ubi Philofophia Scientiam Oratori neceffariam laudas.*

§. 7. Deniq; ADMIRATIO caufis fapientiae humanae annectenda erat, quâ ingenii ad Philofophica ftudia pronitas primò omnium oftenditur, nam *Aristotele* teftè (a) in admiratione dilcendi cupiditas confiftit; & (b) propter admirationem & nunc & primò homines philofophari inceperunt. Ubi igitur nullus admirationi, ibi nec ullus dubitationi, opinionioni, Scientiae locus eft relictus.

(a) *Lib. I. Rhetor. c. II. (b) lib. I. Metaphyf. c. 2.*

Θίσις IX.

PHILOSOPHIA, quam primi adeò Homines in medium protulerunt, & præftantiora omnium temporum atq; locorum ingenia, licet impari fuffeffu, excultam voluerunt, uti cum genere humano cœpit, ita cum eodem aliquando definet.

Εκθεσις.

§. 1. Sicuti DEUS prima Philofophiae caufa, ita homines, præfertim ingeniofi, *fecunda* rectè dicuntur, qui cognofcendi cupidine excitati prima artium fundamenta poluerunt, & generalia præcepta ufu obfervata literis confignarunt, quæ poftea temporis tractu pofteritas uberiùs collegit, excoluit, auxit, donec tandem ad eam, quam nunc attigerunt, juftam perfectionem exceverint. Tales fapientiae cultores fuerunt Indorum *Gymnofophiftæ*, Egyptiorum *Sacerdotes*, Ebraeorum *Prophetae*, Chaldaeorum *Magi*, Gallorum *Druides*, Græcorum *Philofophi* (a).

§. 2. Quinam verò primi Philofophiae Conditores exifterint, in diverfum fe mutant Scriptores: Equidem *Diogenes Laërtius* *Græcis* fuis egregium hoc inventum tribuit; cum quo Græci quidam conspirant in vetuftiffima hiftoria parùm felices. At tamen *Aristoteles* *Ægyptiis & Babylonijs* hanc laudem vendicat; *Sinenses* (b) fuo *Confucio*; *Phœnices* priores fuo *Jao*, *Mercurio* aut *Cad-*

719

mo; Babylonii *Belo* illam arrogant. Sed falsas jactari origines, mox clarius apparebit, ut ut veras esse contendant Illi (c), qui duplicem antiquissimorum Philosophiam, unam *Barbaricam*, alteram *Græcicam*, vulgò supponunt, ut gentem *Ebraam* prætereant atq; excludant.

(a) *V. Heiderus Philos. mor. part. 2. p. 185.* (b) *Conf. Spizelius de Chines. re literariâ. Itemq; Chr. Funccius in Orb. bod. Imp. Brev. p. m. 31. cui Sina triplici diu sectâ infecta fuisse dicitur; prima Antiquissima fuit Philosophica, penes quam regnerat regimen: Altera vulgi, nempe Idololatrica, quæ μετεμψύχων statuit: Tertia Epicuræ, quæ in voluptate felicitatem collocans post mortem nil superesse afferebat.* (c) *Conf. Jo. Gerb. Vossius in lib. de Philos. & Phil. sectû. Casalius in lib. de vet. Christ. ritibus c. 66. Georg. Hornius in Hist. Phil. Lib. 1. c. 1.*

§. 3. Aliàs non est, ut decantatissimam illam Philosophiæ distinctionem in *Barbaram* & *Græcam* simpliciter improbemus, modo ne ab illâ, contra datæ distinctionis sensum, *Ebraorum sapientiæ* excludatur, siquidem usu receptum erat *Græci*, ut exteros omnes, qui non erant *Græci*, *Barbaros* appellarent. Jam verò Philosophiam prius puriusque floruisse apud *Barbaros*, & in primis apud *Ebraeos* certum & extra aleam positum arbitramur, cujus primum Cultorem Doctoremque jure agnoscimus *Adamum*, qui cum adhuc integer esset, omnium animantium, herbarum, plantarum, fruticum, arborum, fructuum, quinimò rerum omnium, quas universa natura continebat, notitiam satis accuratam habuit. Quamquam verò lapsu gravissimo primam perfectionem perdidit, servavit tamen pro *naturali lumine*, quantum *Philosophiæ* imperfectiùs tractandæ suffecit, quo deinceps posteri majorem in rimandis naturæ latebris locarent diligentiam, quod *Sethus* non modò cum suis, sed & impia pessimi *Caini* progenies, *Jabal* rei pastoritiæ, *Jubal* musici concentus, *Tubalcain* metallicæ artis gnari testatum fecerunt, ad variam *Noachi* suæque gentis scientiam usque. Præ cæteris autem apud *Ebraeos* eminuit *Abramam* (a), opum affluentia & Astronomicâ doctrinâ nobilis, quam omnem *Canaanos*, *Egyptios* & *Phœnices* præclarè docuit, majori autem conatu *Isaacum*, qui cum ipse filios suscepisset, neque hos rudes voluit, *Esauum* enim rei venatoriæ, *Jacobus* pecuariæ addictus, uterque naturali scientiâ

scientiâ non omnino carere potuit, quod *physicum* Jacobi artificium  
 in colorando fœtu probatum dedit. Hic suos postea, quos duode-  
 cim habebat filios, patrio fortassis cultu & doctrina ita imbuunt, ut etiam  
*Josephus* universos *Ægyptios* divinatione & scientiâ superasse legatur.  
 Et quid de *Moyse* dicam? qui scientiâ *Ægyptiorum* cultissimus,  
 pro *Trismegisto* alicubi habetur. Nec est verosimile hoc Philosophiæ  
 studium apud *Judices* & *Reges* penitus jacuisse. Cum primis quia *Sa-*  
*lomonis* exemplum omni alio majus legentes in stuporem rapit. Coin-  
 cidit quidem sacrarum rerum & philosophicarum cura post gentis ac  
 regni utriusq; ruinas; sed iterum emerfit, finitâ captivitate, sectasq;  
 noviter obortas occupavit: *Phariseos* nempe, *Sadduceos* atque  
*Essaïos*, quos ultimos rerum naturalium speculationi addictissimos  
*Flav. Josephus* & *Philo* collaudant. Sed quicquid hujus rei sit, dome-  
 stico Ethnicorum suffragio certum est *Platonem* (b) in *Ægypto* libros  
*Mosis* legisse, & ex *Ebraorum* scriptis multa transtulisse; *Aristotelem*  
 (c) *Judaorum* unum, cum quo differere contigerat, virum divinum,  
 gravemque eloquio & animo vocasse, Eundemq; ab *Alexandro M.*  
*Babylonis* Victore *Judaicæ* (annorum certè 1903.) observationes ac-  
 cepisse, quarum aliquid subinde tradiderit, docente *Aristotelis* discipulo  
*Clearcho* (d) Similiter à *Theophrasto* magnopere laudatam fuisse *Ebra-*  
*orum* Philosophiam confirmat *Eusebius* (e).

(a) Cereè *Abrahamum* *Eupolemus* ait apud *Eusebium*, καὶ τὴν  
 Ἀστρολογίαν Χαλδαϊκὴν εὐρεῖν ἔσ' *Astrologiam* ἔ' *Chalda-*  
*icam* divinandi artem invenisse: Eundemq; cum fame pres-  
 sus in *Ægyptum* secessisset, à Rege potestatem nactum esse con-  
 versandi cum *Ægyptiorum* præstantissimis refert *Josephus*  
*Antiqu.* lib. I. c. 8. ubi ante *Abrahami* adventum *Ægyptios*  
 disciplinas has ignorasse, indeq; ad *Græcos* devenisse idem  
*Auctor* est. (b) *Augustinus* lib. VII. *Confess.* scribit libris ejus  
 utiliter se ad intelligentiam variarum veritatum orthodo-  
 xarum usum fuisse, ibiq; ferme totum *Evangelij* *Johannis* ini-  
 tium se reperisse. Imò *Justinus Martyr*, *Clem. Alexandri-*  
*mus*, *Eusebius* ἔ' *Alij* ipsum de *Trinitate* aliquam notitiam  
 habuisse crediderunt. A *Numenio Pythagorico* *Moses Atticus*  
 dictus est, teste *Clem.* lib. I. *Strom.* (c) *V. Josephus* lib. I.  
 adv.

adv. Apionem. (d) lib. de somno. (e) lib. IX. de Præparat. Evang. c. 1. 53.

Si 4. Sic in aprico positum putamus, quòd illi, quos tanquam Sapientes primos venerata est antiquitas, non Græci, sed magnam partem Barbari, Asiatici Africani ac Europæi fuerint, quorum primam laudem reliquis omnibus rectè præripiunt Ebraei; proximam ab his Babylonij, Chaldaei & Assyrij; tertiam verò Egyptij jure suo mereri videntur. Nec prætereundi sunt Persæ, qui Babyloniorum postea vices expleverunt, hodieq; explent; inter quos Magi, qui à Zoroastre instituti dicuntur, principatum tenent, quamvis & Medæ, Partii, Sacæ aliisque; vicinis nationibus sui fuere Magi. Indos Philosophiam docuere Gymnosophista, qui duplices erant: Alii Brachmanes, alii Germanes interque; hos quidam Hylobij dicti, quod in sylvis degerent (a). Phænices etiam à Judæis complura didicere, quippe à Sidone (b), filio Chanaan, Chami nepote, Noachi pronepote descenderunt, habueruntque; Philosophum inlignem Sanchoniathonem, qui Trojanis temporibus antequam, Gedeoni Israelitarum οὐρανός & familiaris fuisse creditur. Nec sua Phrygiæ Philosophia defuit, quæ magis cognita esset, si Democriti λόγος Φύσις (c) exstaret. Sed ex Asia in Africam transvectâ Philosophiâ primi illius studio florere Egyptij, non tam Iside, Osiride, Vulcano, Mercurio, Hercule auctoribus, ut ipsi jactitant, quam Abrahamo; facitque; ad hujus Philosophiæ commendationem, quod Moses in illâ dicitur παιδευθῆναι (d), multiq; eò profecti, ut à sacerdotibus, quorum ibi magnum ad Strabonem usque; tempora nomen erat, edocerentur. Præter Egyptiacam ibidem viguit Æthiopica Philosophia, cujus Doctores Gymnosophistas quoque; vocat Hieronymus (e), eò nempe ex Indiâ delatos. Nec ignobilis fuit Lybica, cujus autor Atlas, multorum judicio Astrologiæ inventor, unde humeris cælum portare creditus (f). In eadem orbis parte, seculis aliquot post Christum natum, ab Arabibus Philosophia magno nisu exulta, inde cum iis in Hispaniam trajecit. Ex Europa Sapientibus antiquis maximè exstiterere celebres Thraces, qui à Zamolxi, cui cum Pythagora in μυστικὴν ἰσχυρίαν convenit, fuere edocti. Celtae sive Galli, Druidis ac Sannotheis Magistris usque; animarum quidem immortalitatem, simul & μετεμψύχωσιν docuere.

(a) Crediderim huc referri posse agreste illud & horridum genus Sapientum, quod Curtius lib. IX. c. 9. p. 253 recenset. (b)

Gen

*Gen. X. 15. (c) Laertio memoratus lib. IX. (d) Act. c. VII. 22. (e) in Ezech. lib. 4. c. 13. (f) V. Laertium in praef. Augustinum de Civ. Dei. lib. 8. c. 9.*

§ 5. Hæc Barbarica, quam vulgò dicitant, Philosophia fuit, quæ tota temporis progressu nimium quantum corrupta in illicitam quandoq; Magiam desit. Nam obscure admodum & per ænigmata suam doctrinam Ebraei, ne inter Ethnicos vilesceret, proponebant, quod inter alia ex abstrusâ illorum arte *Cabbalistica* & implicato Nomine Dei *Scbem hammephorasch* elucescit. Hos obscura *Egyptiorum* methodus, & *Hieroglyphica* docendi scribendiq; ratio insequēbatur, quæ per *figuras animalium* & peculiarias *litteras* sacris insculptas inscriptasq; animi sensa exprimebant. Ut de *Indorum, Scybarum, Chaldaeorum & Celstarum* difficilioribus doctrinis nihil adjiciam.

§. 6. Post *Barbarorum* cultum *Græca* demum ingenia, terris illorum formisq; regnandi ac studiis priùs perspectis, excitari cœperunt. *Platonem* enim *Palæstinos, Pythagoram* (a) *Chaldæos, Democritum* (b) *Indos*, aliosq; *Egyptios* doctrinæ ergò aduisse dubio caret. Imò *litteras Phenicum genti* debere se *Græci* agnoscunt, numerandiq; scientiam, traxitque à *Phenicibus* originem *Thales*, hujusque æqualis & amicus *Phercydes*, *Pythagoræ* præceptor, qui multa ex occultis illorum libris hauserunt. Primos verò *Græciæ* Sapientes floruisse demum eo tempore, quo apud *Judæos* regnaret *Josias*, apud *Romanos* *Tarquinius Priscus*, apud *Lydos* *Græsus*, testantur *Laertius, Eusebius, Augustinus* aliiq;. Quinam verò omnium primi fuerint, æq; non constat, referunt quidem *Thaletem, Solonem, Cleobulum, Chilonem, Pittacum, Biantem, Periandrum*, qui propter integram scelerisq; puram vitam & admirandam sapientiam septem *Græciæ* Sapientes vulgò audiunt, ut habet *Laurembergius* (c). Sed eos, qui ista subtilius quærunt, in numero Sapientum non habent, *Cicerone* (d) iudice. Alii plures addunt, quos tamen non omnes *Philosophos*, sed maximam partem viros *Cordatos & Legislatores* fuisse censemus.

(a) Quod *Hoffmannus* *Lex Univers.* p. 489. ex *Porphyrio* testatum fecit. (b) *V. Ælianus Varia. Histor. lib. IV. c. 20. Idemque iter à Pyrrhone Eleo, Scepticorum Patre, emensum dicitur d. l. (c) Acerra Philol. com. 1. b. 65. (d) In Latio haut longè ab initio p. m. 190.*

§. 7. Pri-

§. 7. Prima autem, quæ inter Græcos claruit, Philosophia veterum Poetarum (a) *Mythica* fuit, *Musæi* sc. *Orphei*, *Lini* ac præcipuè *Homeri*, magni sapientiæ antistitis, à quo multa posteriores Philosophi didicerunt (b). Naturæ verò arcana involvuntur Deorum Dearumq; nominibus, eorumq; connubiis ac affinitatibus. Ad vitæ institutionem faciunt res Heroum gestæ. Ad moralem Poetarum Philosophiam faciunt commenta de *Coccyo*, *Pblegetonæ*, *Tartaro* ac similibus, per quæ animi perturbationes intelligebant. Verùm non cujusvis est fructum aliquem ex *Homero* carpere, sed ejus tantùm, qui in rerum natura ac virtute jam aliquantum profecit. *Mythicam* postea excepit subtilior clariorq; philosophandi ratio (c), quæ Eorum erat, qui sepositis Reipl. negotiis, & fabularum architectis cooperunt naturam rei contemplari. Cujus Antecessores fuere imprimis *Tales* Milesius, hinc *Pythagoras*, & mox etiam *Xenophanes* Colophonius, qui sunt trium principum sectarum, à quibus omnes aliæ profluxerunt, *Jonica*, *Italica* & *Eleatica* conditores, de quibus suprà.

(a) *Tesse Cicerone Tusc. quæst. l. 3. Laëtantio lib. 5. c. 5. lib. 7. c. 22. Clem. Alexandr. Strom. I. p. 97. art. 2.* (b) sic *Zeno Citicis, Stoica secta Αρχιγίτης* scripsit *Homericarum questionum libb. V.* (c) *Hæc præcipua Aristotelis laus, quod non Philosophiâ usus Mythicâ, ut Poëta veteres; nec symbolicâ, ut Pythagoras & soepe etiam Plato; sed apertâ, quæ proprietate verborum gaudeat. Tria hæc philosophandi genera brevi complexus Simplicius, in prooemio libri των κληρονομων, ubi de Aristotele sic scribit: ἐδὲ μύθοις, ἔδὲ συμβολικοῖς ἀνιγμοῖσιν, ὡς τῶν περὶ αὐτῶν ἴσως ἐχρήσατο, ἀλλ' ἀντὶ πάντων ἀλλὰ πεπλάσματος τῆν σαφείαν περιέλιψε.*

§. 8 Tandem aliquando *Sapientiam humanam* cum genere humano desituram nemo addubitabit, cui vera nostræ *Philosophia* indoles offusaq; menti caligo perspecta, & spes eminentioris pleniorisq; scientiæ ex altâ beatorum sede affulget; Quod si enim *divina* rerum hæc credendarum *ἐπίγνωσις* aliquando sit *inanâ* & *otiosa* (a) reddenda, h. e. desitura; quanto magis *sapientia* rerum naturalium *humana* tot officiiis obnoxia, tot latebris abscondita. Neq; est, quod re-

F

geras

geras (1) *Mentem fore immortalem*; R. Mentis tamen errores ejusdemq; adhaerentes debilitates, salvò spiritu, exspirabunt. (2.) *Essentias rerum esse aeternas*; R. largimur quidem praedicata essentialia esse inseparabilia à rebus, quibus essentialia sunt; quod verò de accidentibus falsum, quippe quæ perpetuam cum re connexionem non habent. Constat verò cognitionem humanam se habere ad rem cognoscendam, ut *accidens ad essentiam*, illo cessante, hæc tamen durat. (3.) *Quod semel verum, id nunquam falsum*. R. Neq; existimari volumus *Philosophiam* communissimis verisq; principiis, tanquam *Κοινῆς ἐνοχίας*, innoxiam dici posse *falsam*, sed hæc vitæ imbecillitate insufficientem, imperfectam minusq; exquisitam, cujus ἀκμὴν futura vita dabit. Inde *Ciceroni* (b) *Philosophia* dicitur rerum naturalium & morum civilium cognitio *tanta*, *Quantam humana mens* in hac naturæ imbecillitate consequi potest.

(a) *In Græco enim est κατὰ γῆν ἄσπορα ἀπὸ τῆ ἀργείῃ οἰαρι.*  
 1. Cor. XIII. 10, seq. (b) *Offic. lib. II. Tuscul. Quæ. lib. V.*

Ἔσθ. X.

PHILOSOPHI diversam olim fortunam experti, nunc civitate expulsi, nunc eadem donati, singulari tamen & salubri scholarum instituto, gravi honestoq; corporis habitu, reiq; publicæ insigni emolumento meruerunt, ut cordatis Philosophis, vitio odioq; malorum evitato, illibata gloria, præmiaque virtutum largissima subinde concederentur.

Ἔσθ. X.

§. I. POETAS, RHETORES atq; PHILOSOPHOS civitate & Repl. bene constitutâ ejiciendos, & olim rectè ejectos nonnulli ex Platone aliorumq; Tyrannorum exemplis vulgò, sed falsò probare satagunt. Plato enim studiosè legendo Poëtas, sapientibus, eos ut legerent, suo præibat exemplo; sed arcebat ab iis imperitum vulgus, quod cum solùm externam fabularum corticem lamberet, ad interiorem fructum neutiquam penetrabat. Periculum igitur ille extimescebat, ne vulgus stupidum non distingveret inter rosas & spinas, inter aurum & lutum. Non igitur Poëtas, nedum *Homericum* Ipsius *Platonis*

ἰονία

sonis mutum Magistrum, sed Poëtarum lectores sequestrari & prohiberi voluit. RHETORES, quòd dicendo quidvis facillè assequerentur, motusq; populi excitarent, quandoq; urbe expulsos novimus, quare etiam *Socrates* Rhetorisam porrò docere à XXX. Tyrannis Atheniensibus prohibitus fuit. Sed PHILOSOPHIS sæpe veritatis causâ vim esse factam multa monumenta probant. *Socrates* enim cùm plures UNO DEOS statuere ac colere nollet, post latam sententiam cicutâ sublatus est. Cujus etiam odio in cæteros *Philosophos* ferociens *Critias*, è 30. Tyrannis Atheniensibus unus, lege decrevit: *Λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν*, *Philosophiam ne quis doceto* (a). Verùm ista *Critia* lex, ut & reliqua Tyrannorum omnia, postea abrogata est, iterumq; *Philosophi* Athenis docere cœperunt, ut ex *Terentio* (b), qui *Alexandrum* expressit, patet. Post illa *Sophocles* Suniensis, Lacedæmoniorum Dux, *Critia* exemplum æmulatus lege latâ *Philosophos* Athenis iterum exegit, aut certè vetuit Scholam habere, nisi *Senatui* *Populoq;* *Atheniensi* ita videatur; *secus qui faxit, capital esto* (c). At ne hæc quidem lex diu obtinuit, nam altero post *ἐπιχρῆσθῆσαν* anno abrogata, ipsiq; adeo *Sophocli* multa talentorum quinq; irrogata est (d). Romæ quoq; *Senatus consultum*, C. *Fannio Strabone*, M. *Valerio Messala* Coll., de *Philosophis* & *Rhetoribus* latinis factum, ne illic essent, neq; docerent (e). Aliquot deinde post annis Cn. *Domitius Ænobarbus* & L. *Licinius Crassus* Censores de coercendis *Rhetoribus* latinis similia edixerunt (f). Neq; illis solùm rudioribus, necdum Græcâ doctrinâ expolitis temporibus, *Philosophi* hac urbe pulsi, sed & sub *Domitiani* auspiciis *Senatus* consulto ejeti, atq; urbe & Italiâ interditi sunt, quâ tempestate *Epictetus* quoq; *Philosophus* Româ *Nicomolim* recessit (g). Porro *Antiochum* è regione sua *Philosophos* eiecisse legimus apud *Athenarum* (h). *Epicureos* etiam *Messenij* expulerunt (i). A *Thebanis*, *Spartanis* & *Argivis* *Philosophiam* quoq; fuisse ejetam *Terullianus* (l) testis est. Et quis *Philosophorum* exilia recensere sufficit? Quis tam grande bonû à malis frustra damnatum non advertit, quales olim fuere barbari & indocti *Maximini*, imperiti *Valeriani*, stolidi *Gallieni*, inepti *Licinij*, totidem ferè humanæ gentis onera, orbis opprobria ex omni vitiorum sæce concreta, & bonorum hircines & sangvisugæ. Brevi:

*Verecun in patria crassoz, sub aere nati.*

(a) Interdicti hujus meminit *Xenophon* ἀπηννημονδμάτων lib. i. (b) *Andria* Act. i. Sc. i. illis verbis: Quod pleriq; omnes faciunt adolescentuli, ut animum ad aliquod studium

adjungant, aut equos alere, aut canes ad venandum, deniq; aut ad PHILOSOPHOS. (c) *Verba Legis hac voluit: Μηδὲνα Φιλοσόφων χολῆς, ἀφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βασιλῇ καὶ τῷ δήμῳ δοξῇ. εἰ δὲ μὴ, θάνατον εἶναι ζημία.* (d) *V. Sam. Petitum Comm. in Leg. Atticas lib. 3. cap. ult.* (e) *Edicti verba hac sunt: M. Pomponius Prætor Senatū contuluit, quod verba facta sunt de Philosophis & de Rhetoribus de eâ re ita censuerunt, uti M. Pomponius Prætor animadverteret, curaretque, uti ei è Repl. fideque suâ videretur, uti Romæ ne essent.* (f) *Quod edictum integrum recenset A. Gellius N. A. lib. XV. c. XI. p. m. 365. seq. Occasionem hujus rigoris innuit Suetonius in Flav. Domitiano c. X p. m. 294. Junium Rusticum interemit, quod Pœti Trafæ & Helvidij Priscilaudes edidisset, appellassetq; eos sanctissimos viros, cujus criminis occasione PHILOSOPHOS omnes urbe Italiâq; submovit.* (g) *Sc. propter id Senatus consultum. Conf. Gellius l. c. p. 366.* (h) *lib. 2. Dipnos.* (i) *V. Aelianus Hist. variar. lib. IX. c. 12.* (l) *in Apolog. Conf. Jac. Oiselum ꝑc. Noris in Gellium l. c.*

§. 2. Pressos, nec tamen oppressos Philosophos egregia Illorum privilegia, splendida munera, opulenta salaria ac insignia dignitatum decora probant, de quibus quartâ abhinc paragrapho paulo uberius. Quos enim Tyrannorum ferocia suppressere non potuit, hos Regum gratia ad summam sæpe dignitatem evexit: *Jul. Cesar* enim omnes liberalium artium Doctores, quò libentius & ipsi urbem colerent & exteri appeterent, civitate donavit. In *Hadriani* Principis aulam innumeri Philosophorum Reges, tanquam in lyceum, magnis de rebus disputaturi, confluebant, cum quibus *Ipsè* non tantùm placidè conversatus, sed & illos mensæ suæ adhibuit. *Alphonsus* aliquando omnes doctos, quotquot *Neapoli* erant, in hortum ad cœnam vocavit; sicut alias *Ipsè* solenne erat, post prandium vel *Antonium Panormitanum*, vel alium quandam è doctis audire, addita hac ratione, dignum se omninò censere, animum quoq; cibo suo post partum corporis reficere. *Alexander Severus* vehementer doctos amavit, cumq; iis frequenter conversatus adeò, ut quondam dixerit raros esse in urbe doctos, quos non viderit, aut quibus cum ipse literas non commutaverit. Plurima quidem suppetunt exempla *Principum*, Quibus cum eruditis, præsertim *Philosophis*, versari volupe fuit, sed nostra, quam meditamur, *Apologia Eruditorum* hæc & similia suo sibi iure reservat

§. 3. *Loca*, ubi *Philosophi* disputando, legendo ac docendo se exercebant, *Roma* tria (a) erant: *Templum Pacis*, *Gymnasia publica* & *Ακασύερα*. *Græcos* verò, præsertim *Lacedæmonios*, postea *Athenienses* speciosissima omnium primò *Gymnasia* construxisse memoria præditum est (b), quorum unum *Ακαδημία*, ubi *Plato* *Philosophiam* professus; alterum *Λυκείον*, ubi *Aristoteles* docuit; tertium *Κυρσοπαγές*, ubi *notbi*, spurij ac ignobiliores quivis exercebantur, appellabant. *Partes* autem *Gymnasiorum* variæ (c): (I) *Porticus*, spatiofis exedris iv. apertis cubilibus refertæ, in quibus *Philosophi*, aliarumq; disciplinarum *Professores* ac *Cultores* colloquebantur. (II) *Ephebeum*, ubi de præmiis & exercendi genere conventio erat. (III) *Coriceum*, ubi se denudabant illi, qui vel exerceri vel lavari cupiebant. (IV) *Eleothesium*, ubi luctaturi, vel balneum adituri se ungebant reungebantq; (V) *Conisterium*, in quo uncti pulvere conspergebantur. (VI) *Palaestra*, ubi cursu, luctâ, hastâ, disco, pugilatu, pilâ, saltu commovebantur, cujus strepitu sæpe avocati allectiq; *Philosophorum* *Auditores*, utin proverbium abierit: *Discum, quàm Philosophum audire malunt*. (VII) *Sphæristerium*, ubi variæ, omnes præsertim pilæ exercitationes peragabantur. (VIII) *Ambulacra*, quæ inter porticus ac muros sita, deambulationi & saltationi &c. destinabantur. (IX) *Xysta* s. *rectæ porticus*, in quibus *Athletæ* per hiemem aut intempestam æstatem exercebantur. (X) *Balneum*, quæ pars *Gymnasii* ob delicias ac sanitatem omnium maximè æstimata, cunctisq; reliquis major ac pulchrior existit. Sed *Philosophorum Balneum* duplex erat, alterum *initiationis*, quo novitios studiosos *Athenis* in societatem recipiebant suam veterani, quod *ἄλτρον* s. *Balneum Atheniense* *Nazianzenus* (d) prolixè describit, & vocat *Νόμον Ἀτρικὸν καὶ παιδίων σπαρδῶ σὺμμικτον*, *Legem Atticam seriumq; ludum*, qui à nostro (prob. dolor!) temerè neglecto depositionis ritu haud multum abluere videtur; alterum *recreationis*, quod ad corporum sanitatem ac fortitudinem *Philosophis* simul patebat. Ita enim *Lampridius Alexandrum Severum*, post lectionem, operam modò *palastræ*, modò *sphæristerio*, modò *cursui*, modo *luctis* dedisse, mox *balneum* introivisse, refert.

(a) Quod non uno in loco docet *Galenus*. Vid. de tuend. valet. lib. II. c. 2. (b) Si fides adhibenda *Soloni* apud *Lucianum* in *Anacharsi*. Conf. *Cicero* lib. II. de *Orat.* (c) Quomodo *Gymnasia* exstruxerint *Græci*, prolixè exponit *Vitruvius* lib. XV. c. II. & ex eo *Hieron. Mercurialis*, de *Art. Gymnast.*

lib. I. c. 6. ubi is duplicem curioso Lectori iconem exhibet, unam Palastra cum Peristylio quadrato, alteram cum oblongo &c. (d) Orac. in laud. Basily M, quem communi hac balnei lege Athenis solutum fuisse dicit, quod majorem honorem, quam novitij conditio ferre videbatur, jam consecutus esse crederetur.

S. 4. Cultus Philosophorum plerumq; gravis, honestus & expeditus erat, crinem enim barbamq; promissam, pallium, quod dicebatur, Tribonium, peram & baculum pro insigni alebant gerebantq; Sapientia barba mentionem facit Horatius (a). Et Persius (b) Socratem barbaturum Magistrum dicit. Cynici in primis Philosophi in eo superstitioni, quorum Princeps Zeno inter ἀτομία sua & illud habuit, ut barbam, sicut vitem, rarissimè tonderet. Ea igitur Philosophorum barba optima, quæ ad umbilicum aut pubem usq; porrecta videbatur. Similiter Illi, qui præter Cynicos severiorem Philosophiam profitebantur, ut Pythagorei, Stoici coeteriq; pallio usi sunt detricto, obsoleto, sordido ac pullo, quod propriè Tribonium (c) dixere, in quo tolerantiam sive patientiæ potius imaginem ostenderunt, cum per hyemè quoq; illo involuti incederent. Primus sanctioris disciplinæ parentis Socrates Tribonium Sapientiæ aptasse statuitur, nec tamen ipse illud semper adhibuit, sed interdum temporariè serviens λαμπρὰ ἡμπιχίση, Roma quidem Philosophi per hoc Tribonij γνάβεσμα à reliquis hominibus facillè distinguebantur, sed, cum per Græciam hoc ipso à pauperibus vix dignosci poterant, accedebat imprimis opaca & profunda barba, pedum nuditas, longa & profusa coma; quodq; peculiare Cynicis fuit, pera & baculus, & diversa Tribonij gestandi ratio; nonnulli enim illud, velut reliqui pallium sic gestabant, ut extremâ sc. parte dextrâ in humerum laevum impositâ, sola manus extaret. Cynici verò totam Tribonij partem dexteram ita in sinistrum conjiciebant humerum, ut cum toto brachio dextera nuda exfereretur, parte etiam pectoris renudatâ. Quod ideo egisse dicuntur, quia, ut doctis (d) pridem observatum, sine tunicâ incedebant, prorsusq; erant ἀχιλαρες. Sed cum plurimi hac Philosophiâ specie abusi mallent videri, quàm esse Philosophi, dicti sunt per contemptum Alii Barbati, qui nihil Philosophi præter barbam habebant; hinc rectè Plutarchus (e): ἕτεροι δὲ φιλοσοφῆς πωγωνιατροφίαι καὶ τελευτησιότητι περιεσσι; Aliis (f) Aretalogi, mera hominum mendicabula, qui Romulidas saturos variis de virtute & vicio disputationibus oblectabant (g). Aliis (h) Cathedraij, qui ver-

bo atq; in Cathedrâ, non opere & vitâ philosophabantur. Hujus fur-  
 furis *Philosophos*, quos Plautus (i) *Græcos palliatos* dicit, fugere, abire  
 & de via secedere jubet *Curculio*, qui cum tententiis suis librisq; suffar-  
 cinati incedere, sermones inter sese conferre semperq; in thermopolio  
 bibere, obstare, constare assolebant. Quibus quoq; verbis *Herodes Atticus*  
 Vir Consularis ingenioq; amoeno & Græcâ facundia celebris, talso quem-  
 piam cultu amictuq; nomen habitumq; *Philosophi* mentientem notarit,  
 eleganter enarrat *Gellius* (l). Si quis verò hæc animalia spurca & pro-  
 bra, uti *Gellius* vocat, illustrissimo *Philosophi* nomine dignari, aut horum  
 dedecora ipsi *Philosophia* adscribere vellet, nesciret equidem *Platonis*  
 (m) iudicium: *πλὴν μεγίστη καὶ ἰσχυροτάτη διαβελή γίγνεται Φι-  
 λωσοφίας, διὰ τὴς τοιαύτης φάσεως ἐπιηδέσειν*, h. *Maxima & ve-*  
*hementissima Philosophia calumnia oritur propter eorum mores, qui*  
*philosophia studia proficiuntur.*

(a) *Serm. lib. II. sat. III. v. 34. 35.* (b) *Sat. 4.* (c) *Conf. OEd.*  
*Ferrarius de Re Vestiar. part. II. lib. IV. c. 14.* (d) *Conf.*  
*Dio Chrysostomus Orat. περὶ γήρατος.* (e) *lib. de Iside &*  
*Osiride.* (f) *Svetonius in Augusto c. 74. extremo.* (g) *V.*  
*Casaubonus ad l. c. Svetonij* (h) *Seneca de Brevitate Vita*  
*cap. X. (i) Curcul. AEt. II. Sc. III. v. 9. (l) NoEt. Attis. lib. IX.*  
*c. II. p. m. 207. (m) lib. IV. de Repl.*

S. 5. Ista verò fatua *Philosophorum* cenotaphia & acerba  
*Patronorum* odia Sapientia & Virtutis Cultoribus obicem ponere aut  
 animum despondere nullâ ratione potuerunt. Quisq; enim emundior  
 nasus artes non modò liberales Πηγάς τῶν καλῶν oranium in vita  
 bonorum fontes, sed & *Philosophiam* Reipl. perutilem, imò Rempl. à  
 nullo prudentius, quam à *Sapientibus* regi, facillè subodoratur. Cùm au-  
 tem *Honos* alat artes, omnesq; ad studia incenduntur *gloriâ*, hæc  
 quoq; *PHILOSOPHIS* non apud gregarios & è trivio homines, sed *Pat-*  
*ricios, Magnates, Reges, Principes* olim largè tributa fuit. *Platoni* in  
 Siciliam venienti *Dionysius Syracusanus* vittatam navem, quâ eum exci-  
 peret, obviam mittere non dubitavit. *Alexander M.* doctissimis semper  
 viris quasi stipatus incessit, & *Aristotelem* pro descriptâ animalium na-  
 tura 800. talentis, h. e. 800000 coronatis donavit. *Anaxarcho* Philoso-  
 pho, cùm *Qvæstor* suo jusisset *Alexander*, dare quantumcunq; ille postu-  
 laret, inauditâ postulatione, turbatus *Qvæstor* *Alexandro* indicavit *Phi-*  
*losophum* petere centum talenta; *Reste*, inquit, fecit probè conscium se  
 amicum habere, qui tantum dare & possit & velit. *Xenocrati* *Philosopho*

quingvāginta talenta dono misit, eā cū ille recusasset accipere, dicens sibi non esse opus, interrogavit, amicumne ullum haberet, cui esset opus, *nam mihi*, inquit, *vix Darij opes in amicos sufficiunt.* *Seratone* Philosophum à *Prolemao Philadelpho* talentis 80. h. e. coronatis 4800. donatum scripsit *Laertius*. *Scipio Africanus* tam elegans liberalium studiorum omnisq; doctrinæ & admirator & fautor fuit, ut *Polybium Panatiumq;* præcellentes ingenio viros domi militiæq; lecum habuerit. *Vespasianus* etsi coetera parcus, ingenia artesq; fovit maximè, & primus è fisco, Latinis Græcisq; Rhetoribus annua (bis mille & quingentos *Philippicos*) centena constituit. *Antoninus Pius* diffudit etiam liberalitatem *Vespasiani*, nec Romæ tantum, sed per omnes provincias Rhetoribus & Philosophis honores ac salaria detulit, & *Frontoni* Præceptoris suo *statuam* in senatu posuit, & perpetuum gratitudinis suæ monumentum extare voluit non ingrati discipuli. Sic & *Gorgia Leontino* vivo videntiq; statua ex auro, tanquam publici honoris ara in æde Apollinis erecta & consecrata fuit. *Adrianus Imp.* cū audivisset quosdam, qui Romæ doeuissent, ob decrepitam senectam muneri suo obeundo non satis idoneos per ætatem, magnis beneficiis cumulavit, *Trajanus* tantam dicendi Magistris & *Sapientia Professoribus* contulit dignitatem, ut per Eum Spiritum, sanguinem & patriam recepisse studia prædicent *Plinius* ac *Juvenalis*. Honorum loco præcipuæ immunitates & vacationes munera fuere, de quibus l. 7. § 8. ff. *de excusationibus* O felicia ista tempora! quando nimirum.

*Cura Ducum fuerant Docti Regumq; Poëta,*

*Vatibus & Large sæpe dabantur opes,* V. Ovid. de Art. lib. III.

Nimirum ut vitis jacet, nec fructum fert, nisi ad stipitem arboremve applicita, ita quoq; literati, nisi gratiâ & ope Magnatum subnixi secum habitant, quia norunt, quàm sit curta supellex domi. Præterit illud aureum seculum, premit nos ferrea ætas:

*Heu malè nunc artes miseræ hac secula tractant!*

*Spes nulla ulterior. Didicit nunc dives avarus*

*Tantum admirari, tantum laudare disertos,*


*Ut pueri Junonis avem.* (V. Juvenal. Sat VII. lib. III. v. 30.


Quid itaq; mirū, si usq; adeo poeniteat multos vana sterilisq; *cashedra*. Juven. l. c. v. 103. Deniq; quod *Martialis* lib. VIII. ad *Flaccum* Ep. 56. simili argumento pro Poëtis tempestivè exclamavit, idem & mihi pro PHILOSOPHIS repetere integrum erit:

*Sint Moecenates, non deerunt, Flacce, Marones,*

*Virgiliumq; Tibi vel Tuarura dabunt.*







the scale towards document

age (b) *Affimilatio heic accipienda metaphorice pro  
itatione umbratili, quâ DEI perfectiones aliquantulum  
ri & sequi, non amulari & ass-qui studebant gentiles  
oppi. Longè tamen alia & prorsus aliena est hac Pla-  
μοίωσις (1) ab illa imagine DEI, ad quam conditi  
homines, (2) à Deiformitate attentatâ Luciferi, que  
caelo præcipitavit, (3) à Deiformitate falsò persuasâ  
cujus ergò imagine concreatâ & Paradisiaca voluptate  
exuta fuit. (4.) ab imitatione Christi, qua commen-  
Math. X, 38. Marc. IIX, 34. Luc. IX, 23. Joh. XII, 25.  
neca (a) Philosophia LEX VIÆ dicitur, non quod  
e aut implere, hominemq; DEO acceptum reddere suf-  
ed quod pagani Philosophis externam duntaxat disci-  
uris mores studiiq; vivendi honesta præscripserit, quâ  
gnitatem laudemq; mundi consecuti, præmiisq; à Deo  
in mundo non κατ' εὐδονίαν, sed οὐκ ἐνομίαν ornati  
na tamen illa Gentilium Lex vita dicenda, non τῆ πύσε  
agentis; sed τῆ φύσε, sive quoad substantiam facti.  
XIV p. 167. (b) Ut tamen non placeant Deo, nam im-  
est sine fide Deo placere posse, Ebr. XI, 6. Conf. B. Hut-  
Theol. Loco. XIV, q. 6. p. 164.  
iq; animum subit memoria exclamantis Apuleji (a)  
qui Philosophia decora evecturi plus justo rhetorica-  
ita Philosophia dux, ô virtutis indagatrix expultrix.  
Quid non modò nos, sed omninò vita hominum sine  
Tu urbes peperisti, tu dissipatos homines in societate  
i; Tu eos inter se primò domiciliis, deinde conjugiiis,  
vorum communiione junxisti. Tu inventrix le-  
amorum & disciplina fuisti. Ad Te confugimus, à  
Tibi nos, ut antea magna ex parte, sic nunc penitus,  
Est autem unus dies benè Sex præceptis tuis actus,  
licati anteponendus. Cujus igitur potius opibus utra-  
que & vite tranquillitatem largita nobis es, & terro-  
sti. Oratoria hæc definitio est, quæ fines Philosophia  
asilire videtur, quanquam, si cum grano salis accipia-  
B 2 tur,*